ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ

ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΔΑΜΑΣΚΗΝΟΥ

ΕΚ ΤΗΣ ΚΑΘΟΛΟΥ ΕΡΜΗΝΕΙΑΣ ΙΩΑΝΝΟΥ

ΤΟΥ ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ

ΕΚΛΟΓΑΙ ΕΚΛΕΓΕΙΣΑΙ.

—

S. JOANNIS DAMASCENI

EX UNIVERSA INTERPRETATIONE S. CHRYSOSTOMI

LOCI SELECTI

IN EPISTOLAS S. PAULI.

(Lequien, t. II, p. 1.)

—

ADMONITIO.

—

Edita hactenus non fuit hæc, quam nunc primum damus, Epitome commentariorum Joannis Chrysostomi in Epistolas Pauli apostoli. Hanc porro integram reperi in codice Regio 2331, cum præfixo toti operi Joannis Damasceni nomine, Παρὰ τοῦ Ἰωάννου τοῦ Δαμασκηνοῦ· nec certe mihi dubium est, quin ipse genuinus lucubrationis hujus parens sit, cum propter auctoritatem codicis manuscripti, qui nongentorum circiter annorum præ se fert ætatem, tum quia Joannem Damascenum ejusmodi excerptis Patrum congerendis operam dedisse, multoties jam a me notatum fuit, idque complures qui supersunt hodie libri ejus germani clamant. In catalogo librorum manu exaratorum qui in Patmo insula sæculo decimo sexto reperti sunt, quemque Possevinus ad calcem sui Apparatus cum multis aliis iterum edidit, post homilias Chrysostomi in Pauli Epistolas, et in Acta apostolorum, statim numeratur, *Joannis Damasceni expositio in Epistolas*. Rursumque in Regio cod. 2445 bombycino, excerpta quædam ejusdem concinnatæ a Joanne Damasceno Epitomes habentur cum hoc titulo : Ἐκ τοῦ καθόλου ἑρμηνείας τοῦ Χρυσοστόμου ἐκλεγεῖσαι παρὰ τοῦ ἁγιωτάτου Δαμασκηνοῦ καὶ Πατρὸς ἡμῶν· *Interpretationes Chrysostomi ex universo ejus opere selectæ a sanctissimo Damasceno Patre nostro*. Quibus hoc addam ex collatione variorum locorum hujus Epitomes, cum commentario Theophylacti, mihi videri doctissimum hunc Bulgariæ præsulem eam identidem consuluisse.

Hic autem commentarius nihil aliud fuit nisi brevia quædam scholia ex Chrysostomi præsertim, quin etiam aliorum auctorum expositionibus accepta, quæ cum e regione contextus Apostoli cum certis quibusdam notis descripta essent, a librariis postmodum distracto Apostoli textu, perinde distracta sunt, eo quo illa edimus ordine; quem nempe propter vetustissimi codicis auctoritatem mutare religioni duximus. Cæterum in hoc commentario integræ quandoque Chryso-tomi sententiæ, non nihil mutatis vocibus, referuntur, quandoque voces duntaxat aliquot, quandoque nihil præter sancti doctoris sensum, quem identidem quibusdam in locis Noster clarius reddit, quam illius textu ferat. Cujus generis unum hunc locum juvat ad specimen afferre. In cap. v Epistolæ ad Romanos, v. 12, hæc Pauli verba, ἐφ' ᾧ πάντες ἥμαρτον, Chrysostomus sic enarravit : Τί δέ ἐστιν ἐφ' ᾧ πάντες ἥμαρτον; ἐκείνου πεσόντος, καὶ οἱ φαγόντες ἀπὸ ξύλου γεγόνασιν ἐξ ἐκείνου θνητοί· *Quid vero istud, est in quo omnes peccaverunt? utique eo cadente illi quoque qui de ligno non comederunt, exinde mortales evaserunt.* Ob quam expositionem critici quidam existimaverunt Joannem Chrysostomum non intellexisse

omnes homines qui ex Adam primo parente suo prognati sunt, peccati illius reos nasci, nec præpositionem ἐπὶ hoc loci tanquam causalem habuisse, sed vocem ἐφ' ᾧ accepisse ceu idem significaret quod Latina *quatenus*. Contra vero Damascenus noster Doctoris sancti cujus verba integra recitat, enarrationi hæc pauca præmisit, ἐφ' ᾧ, ἀντὶ τοῦ δι' οὗ *in quo, pro, per quem* : quod sane, velint nolint illi, causam exprimit. Adeoque Joanne Damasceno interpretante, certum fit Chrysostomum agnovisse illo Apostoli loco, Ecclesiæ de peccato originali doctrinam affirmari.

At vero multa hinc inde occurrunt, quæ Chrysostomus in homiliis non habet, in primis vero in commentario in Epistolas ad Ephesios, ad Colossenses, ad Philippenses et ad Thessalonicenses, in quo nihil quod ex sancto illo doctore acceptum videatur, observare potui. Sæpe vero concordat cum Theodoreti, nec non cum Cyrilli Alexandrini expositionibus, quas Œcumenii catena exhibet. In cap. 2 Epistolæ ad Colossenses ad verba Pauli, *In ipso inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter* ejusmodi expositio affertur, cujus auctor, nisi Damascenus ipse sit, saltem post exortam Nestorii hæresim scripsisse possit affirmari : quippe cum eam inhabitationem seu unionem illam explodat, quam Nestoriani σχετικὴν *secundum affectum, relationem, habitudinemve* appellitabant. Ἵνα μή τις νομίσῃ σχετικὴν εἶναι τὴν κατοίκησιν, *ne quis existimet inhabitationem hanc fieri secundum affectum et relationem*. Alia omitto quæ lector eruditus in hoc passim commentario facili negotio deprehendet. Hoc solum monebo, mihi videri prologum in Epistolam ad Romanos interiisse, quin et codicem multis passim mendis scatere mutilumque esse, ut sensus sæpe impervius sit et obscurus. Quod ad Scripturæ textum qui commentario interjectus est attinet, multis in locis diversus videtur ab eo quem Joannes Chrysostomus tractabat, et a doctissimis præstantissimisque criticis quibuscum eum communicavi, magni fuit æstimatus, ceu pretiosum Christianæ antiquitatis monumentum.

ΕΙΣ ΠΡΟΣ ΡΩΜΑΙΟΥΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΝ.

IN EPISTOLAM AD ROMANOS.

ΚΕΦΑΛ. ΠΡΩΤΟΝ. A

« Παῦλος δοῦλος Ἰησοῦ Χριστοῦ, κλητὸς Ἀπόστολος. »

Τρεῖς εἰσὶ δουλείας τρόποι· εἷς μὲν ὁ κατὰ τὴν δημιουργίαν, καθ' ὃ φησιν, ὅτι *Τὰ σύμπαντα δοῦλά σά*. Ἕτερος δὲ ὁ ἀπὸ πίστεως, κατὰ τὸ εἰρημένον· *Ἐλευθερωθέντες δὲ ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας ἐδουλώθητε τῇ δικαιοσύνῃ*. Ὁ τρίτος ὁ ἀπὸ τῆς πολιτείας κατὰ τὸ εἰρημένον· *Μωϋσῆς ὁ θεράπων μου ἐτελεύτησεν*. Ἐπειδὴ τοίνυν κατὰ πάντας τοὺς τρόπους, τὸ τῆς δουλείας ἀξίωμα ἐδείκνυτο, εἰκότως ἐν καυχήματος τάξει προτάττει τοῦτο τῆς ἐπιστολῆς.

« Ἀφωρισμένος εἰς Εὐαγγέλιον Θεοῦ. »

Δείκνυσιν ὅσον αὐτοῦ τὸ ἀξίωμα. Εἴ γε ἀφώρισται ἀπὸ τοῦ Θεοῦ εἰς τὸ διακονῆσαι τὸ Εὐαγγέλιον αὐτοῦ. B Εὐαγγέλιον δὲ Θεοῦ καλεῖ, ἀπὸ τῶν προοιμίων διεγείρων τὸν ἀκροατήν.

« Ὃ προεπηγγείλατο διὰ τῶν προφητῶν αὐτοῦ ἐν Γραφαῖς ἁγίαις. »

Ἐπειδὴ καινοτομίαν ἐνεκάλουν τῷ δόγματι, δείκνυσιν αὐτὸ πρεσβύτερον Ἑλλήνων ὄν· καὶ ἐν τοῖς προφήταις προδιαγραφόμενον.

« Περὶ τοῦ Υἱοῦ τοῦ γενομένου ἐκ σπέρματος Δαβὶδ κατὰ σάρκα. »

1 CAPUT PRIMUM.

VERS. 1. « Paulus servus Jesu Christi vocatus Apostolus. »

Tria sunt genera servitutis. Aliud per creationem et opificium : unde dicitur : *Omnia serviunt tibi* [1]. Aliud a fide, de quo ait : *Liberati autem a peccato servi facti estis justitiæ* [2]. Tertium denique a vita et moribus : quo itidem sensu dicitur : *Moyses servus meus mortuus est* [3]. Quando itaque juxta omnes modos ostensa dignitas est servitutis, consulto prorsus hanc initio epistolæ præponit, tanquam gloriandi argumentum.

« Segregatus in Evangelium Dei. »

Ostendit quanta sit sua dignitas, quippe qui segregatus erat ut Evangelio ejus ministraret. Porro Evangelium Dei nominat, ut in ipsomet exordio attentionem excitet auditoris.

VERS. 2. « Quod ante promiserat per prophetas suos in Scripturis sanctis. »

Quandoquidem doctrinæ fidei novitatis crimen inurebatur, commonstrat eam tum gentilibus philosophis esse antiquiorem, tum et a prophetis jampridem descriptam.

VERS. 3. « De Filio suo, qui factus est ex semine David secundum carnem. »

[1] Psal. CXVIII, 91. [2] Rom. VI, 18. [3] Josue. I, 2.

Nequaquam nobis de nudo homine sermo est. A Quocirca et hoc adjecit, *secundum carnem*, subindicans ejusdem quoque generationem esse secundum spiritum. Porro ministerii ordinem 2 exsecutus est. Primum enim hominem eum in terra viderunt, et cum genitus esset palam annuntiari, ac tum Deum cognoverunt, inquit.

Οὐ περὶ ἀνθρώπου ψιλοῦ, φησὶν, ὁ λόγος ἡμῖν. Διάτοι τοῦτο προσέθηκεν τὸ, *κατὰ σάρκα*, αἰνιττόμενος, ὅτι καὶ κατὰ πνεῦμα γένησίς ἐστι τοῦ αὐτοῦ· τῇ τάξει δὲ τοῦ μυστηρίου ἠκολούθησεν. Πρῶτον γὰρ εἶδεν αὐτὸν ἄνθρωπον ἐπὶ γῆς· καὶ τὸν γεννώμενον ἀνακηρυττόμενον καὶ τότε ἔγνωσαν Θεὸν, φησίν.

Vers. 4. « Qui definitus est Filius Dei in virtute, secundum Spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum Jesu Christi Domini nostri. »

« Τοῦ ὁρισθέντος Υἱοῦ Θεοῦ ἐν δυνάμει κατὰ Πνεῦμα ἁγιωτύνης, ἐξ ἀναστάσεως ἐκ νεκρῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν. »

Eum prædicamus, inquit, qui ex David progenitus est, quodque ipse sit Deus, qui carnem induerit. Idque primum ex prophetis, propter quod aiebat modo : *Quod ante promiserat per prophetas.* Secundum, ex ipso generationis modo ; id quod his verbis indicat, *ex semine David secundum carnem*, nec non quia naturæ legem solvit, quando ex Virgine natus est. Tertium, a miraculis. Id enim hac voce significatur, *in virtute.* Quartum, a spiritu quem largitus est eis qui crediderunt, et quo sanctos omnes reddidit : quocirca *Spiritum dixit sanctificationis.* Quintum, ab illius resurrectione. Ille siquidem omnium primus et solus seipsum suscitavit. *Qui definitus est*, sive qui ostensus est, declaratus, probatus, quem communi omnes sententia et calculo confessi sunt.

Τὸν ἐκ Δαβὶδ γεννώμενον ἀνακηρύττομεν, φησὶν, ὅτι καὶ Υἱὸς Θεοῦ ἐστιν οὗτος ὁ σαρκωθείς· πρῶτον, ἀπὸ τῶν προφητῶν δι' ὃ ἔλεγεν· *Ὃ προεπηγγείλατο διὰ τῶν προφητῶν.* Δεύτερον, ἐξ αὐτοῦ τοῦ τρόπου τῆς γεννήσεως, ὃ καὶ αὐτῷ ἔδειξεν εἰπών· *ἐκ σπέρματος Δαβὶδ κατὰ σάρκα*· ὅτι τὸν τῆς φύσεως ἔλυσεν νόμον ἐκ Παρθένου τεχθείς· τρίτον, ἀπὸ τῶν θαυμάτων· τοῦτο γάρ ἐστιν *ἐν δυνάμει.* Τέταρτον, ἀπὸ τοῦ πνεύματος ὅπερ ἐδίδου τοῖς πιστεύουσιν εἰς αὐτὸν, δι' οὗ πάντας ἁγίους ποιεῖ. Διὸ *Πνεῦμα ἁγιωσύνης* εἶπεν· πέμπτον, ἀπὸ τῆς ἀναστάσεως αὐτοῦ· πρῶτος γὰρ αὐτὸς καὶ μόνος ἑαυτὸν ἤγειρεν. *Τοῦ ὁρισθέντος*, δειχθέντος, ἀποφανθέντος, ὁμολογηθέντος ἀπὸ τῆς πάντων γνώμης καὶ ψήφου.

Vers. 5. « Per quem accepimus. »

Videsis gratum viri animum. Nihil suum ipsius esse, sed cuncta Domino refert accepta.

« Gratiam et apostolatum. »

Non nos, inquit, hoc nobis præstitimus, ut essemus apostoli : neque multis nostris laboribus dignitatem hanc adepti sumus, sed gratis accepimus, idque præclarum superni muneris opus exstitit.

« Δι' οὗ ἐλάβομεν. »

Ὅρα τὴν εὐγνωμοσύνην· οὐδὲν ἑαυτοῦ βούλεται, ἀλλὰ πάντα τοῦ Δεσπότου.

« Χάριν καὶ ἀποστολήν. »

Οὐχ ἡμεῖς ἑαυτοῖς κατωρθώσαμεν, φησὶ, τὸ γενέσθαι ἀποστόλους· οὔτε γὰρ καμόντες πολλὰ τὴν ἀξίαν ταύτην ἐλάβομεν [a]· ἀλλὰ χάριν ἐλάβομεν, καὶ τῆς ἄνωθεν δημιουργίας [b] τὸ κατόρθωμα γέγονεν.

« Ad obediendum fidei. »

Non dicit ad conquisitionem aut probationem fidei, sed *ad obedientiam.* Nam quando Dominus pronuntiat, auditores de iis quæ dicuntur curiosius inquirere non debent, nec perscrutari, sed solum excipere.

« Εἰς ὑπακοὴν πίστεως. »

Οὐκ εἶπεν, εἰς ζήτησιν καὶ κατασκευὴν πίστεως, ἀλλ' *εἰς ὑπακοήν.* Ὅταν γὰρ ὁ Δεσπότης ἀποφαίνηται, τοὺς ἀκούοντας οὐ περιεργάζεσθαι χρὴ τὰ λεγόμενα καὶ πολυπραγμονεῖν, ἀλλὰ δέχεσθαι μόνον.

« In omnibus gentibus. »

Observa quinam prædicatio præstanda sit. Olim quidem lex per Moysem lata uni genti annuntiata est : Evangelium vero ad extremos usque terræ fines pervenit.

« Ἐν πᾶσιν τοῖς ἔθνεσιν. »

Ὅρα πῶς ἔσται τὸ κήρυγμα· εἴ γε πάλαι μὲν ὁ διὰ Μωϋσέως νόμος, ἑνὶ ἐκηρύττετο ἔθνει· τὸ δὲ Εὐαγγέλιον εἰς πέρατα τῆς οἰκουμένης διαδέδοται.

« Pro nomine ejus. »

Non ut essentiam illius curiosius inquiramus, inquit, sed ut credamus in nomine ejus. Istud quippe nomen erat per quod et signa faciebat. Ait enim, *in nomine Jesu Christi surge et ambula* [3]

« Ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ. »

Οὐχ ἵνα τὴν οὐσίαν περιεργασώμεθα, φησὶν· ἀλλ' ἵνα εἰς τὸ ὄνομα πιστεύσωμεν. Τοῦτο γὰρ ἦν τὸ ὄνομα, ὃ καὶ τὰ σημεῖα ἐποίει. *Ἐν γὰρ τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ*, φησὶν, *ἔγειρε καὶ περιπάτει.*

Vers. 6. « In quibus estis et vos vocati Jesu Christi, omnibus qui sunt Romæ dilectis Dei. »

Duo in verbis istis bona licet videre, quamque

« Ἐν οἷς ἐστε καὶ ὑμεῖς κλητοὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ· πᾶσι τοῖς οὖσιν ἐν Ῥώμῃ ἀγαπητοῖς Θεοῦ. »

Δύο διὰ τούτων ἔστιν ἰδεῖν ἀγαθὰ, καὶ κολακείας

[3] Act. III, 6.

VARIÆ LECTIONES.

[a] Chrysost. ἐλάχομεν. [b] Chrysost. ἐπιτροπῆς.

ἀπηλλαγμένην τὴν τοῦ Ἀποστόλου ψυχήν· εἴ γε Ῥωμαίοις κρατοῦσι τότε, καὶ εὐθὺς τὴν ἀρχὴν δεξαμένοις τῆς οἰκουμένης ἐπιστέλλων, οὐδέν τι κολακικόν φησιν· καὶ τὸ εὐθέως καλεῖν αὐτῶν τὸν τύφον, εἴ γε παρακολούθους αὐτοὺς τῶν ἐθνῶν ἔταξεν. Περὶ γὰρ τῶν ἐθνῶν διαλαβὼν τὸ, *ἐν οἷς καὶ ὑμεῖς* ἐπήγαγεν.

« Κλητοῖς ἁγίοις. »

Ὅρα πῶς συνεχῶς τὸ ὄνομα τίθησιν [c]· *Κλητὸς* Ἀπόστολος. *Ἐν οἷς ἐστε καὶ ὑμεῖς κλητοί. Πᾶσιν τοῖς οὖσιν ἐν Ῥώμῃ κλητοῖς.* Τοῦτο δὲ οὐ περιττολογῶν ποιεῖ, ἀλλὰ βουλόμενος αὐτοὺς τῆς εὐεργεσίας ἀναμνῆσαι. Τὸ δὲ, *ἀγαπητοῖς Θεοῦ*, διαιροῦντός ἐστιν ἀπὸ τῶν πιστευσάντων τοὺς μὴ τοιούτους. Καὶ ἄλλως [d] δὲ τοὺς πιστεύσαντας καλεῖ πάντας, καθ' ὃ ἡγιάσθησαν διὰ λωτροῦ παλιγγενεσίας.

« Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ Πατρὸς ἡμῶν καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Πόσον ἴσχυσεν ἡ τοῦ Χοιστοῦ ἀγάπη δεῖκνυσιν, ὅτι οἱ ἐχθροὶ καὶ ἠτιμημένοι, ἅγιοι καὶ δίκαιοι γεγόνασιν ἐξαίφνης. Ὅταν γὰρ Πνεῦμα καλέσῃ, υἱοὺς ἀπέδειξεν· ὅταν δὲ υἱοὺς εἶπεν, ἁπάντων τῶν ἀγαθῶν τὸν θησαυρὸν ἀπεκάλυψεν.

« Πρῶτον μὲν εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ μου διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, περὶ πάντων ὑμῶν.

Ἁρμόζον τὸ προοίμιον τῇ φιλοθέῳ ψυχῇ, ἐφ' οἷς εὐσεβοῦσιν ἕτεροι εὐαρεστεῖν [e] τῷ Θεῷ.

« Ὅτι ἡ πίστις ὑμῶν καταγγέλλεται ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ. »

Ὡς γὰρ ἄρτι δεξαμένης τὴν βασιλείαν τότε τῆς Ῥώμης, εἰκὸς τοὺς ἐν αὐτῇ πιστοὺς ἐν πάσῃ περιφέρεσθαι πόλει.

« Μάρτυς γάρ μου ἐστιν ὁ Θεὸς, ᾧ λατρεύω ἐν τῷ πνεύματί μου. »

Ἐπειδὴ περὶ ἀδήλου πράγματος ἦν αὐτῷ ὁ λόγος, τοῦτο δὲ ἦν ἡ ἀγάπη ἡ εἰς αὐτοὺς ἀνθρώπους μηδὲ εἰδότας αὐτόν· τούτου χάριν τὸν Θεὸν ἐπὶ τοῦ πράγματος τούτου μάρτυρα καλεῖ.

« Ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ, ὡς ἀδιαλείπτως. »

Ἄνω τοῦ Πατρὸς εἰπὼν τὸ Εὐαγγέλιον, ἐνταῦθα *τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ* εἶναι λέγει, δεικνὺς τὴν ἑνότητα Πατρὸς καὶ Υἱοῦ.

« Μνείαν ὑμῶν ποιοῦμαι πάντοτε ἐπὶ τῶν προσευχῶν μου, δεόμενος, εἴ πως ἤδη ποτὲ εὐοδωθήσομαι ἐν τῷ θελήματι τοῦ Θεοῦ ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς. Ἐπιποθῶ γὰρ ἰδεῖν ὑμᾶς, ἵνα τι μεταδῶ χάρισμα ὑμῖν πνευματικὸν, εἰς τὸ στηριχθῆναι ὑμᾶς. »

Δείκνυσιν ὅσος ἐστὶν εἰς τὸ πείθεσθαι Θεῷ, ὅπου γε σφόδρα σπουδάζων καὶ εὐχόμενος τὴν Πόλιν ἰδεῖν, παρὰ τὸ τοῦ Θεοῦ δοκοῦν, οὐ παραγίνετο πρὸς αὐτούς.

« Τοῦτο δέ ἐστιν, συμπαρακληθῆναι ἐν ὑμῖν διὰ

A ab adulatione alienus Pauli animus esset, qui cum Romanis scriberet, quorum tunc nec ita pridem imperio ac dominationi orbis subditus esset universus, nihil prorsus adulatorium effutiat, quin ipsorum statim ostentationem provocet, eodem illos ac cæteras gentes ordine habens. Cum enim de gentibus loqueretur, adjecit, *in quibus et vos estis.*

Vers. 7. « Vocatis sanctis. »

3 Vide quam assidue vocationis nomen ponat. *Vocatus Apostolus : In quibus estis et vos vocati : Omnibus qui sunt Romæ vocatis.* Hoc non uti vaniloquus, sed volens eos admonere beneficii. Istud porro, *dilectis Dei*, discernere eum indicat illos qui crediderint, ab iis qui ejusmodi non sint. Insuper credentes omnes *sanctos* appellat, qua nempe per

B lavacrum regenerationis sanctificati erant.

« Gratia vobis et pax a Deo Patre nostro et Domino Jesu Christo. »

Quanta Christi amoris vis roburque fuerit ostendit; eo quod ex inimicis et contemptis repente sancti et justi evaserant. Ubi siquidem Spiritus vocaverit, tum filios effecit. At vero quando filios dixit, universorum bonorum thesauros aperuit.

Vers. 8. « Primum quidem gratias ago Deo meo per Jesum Christum pro omnibus vobis. »

Conveniens præfatio hæc est animæ quæ Deum diligat; ut pro aliorum pietate ipsi gratias agant.

« Quia fides vestra annuntiatur in universo mundo. »

C Cum enim Roma nuper Dei regnum excepisset, ejus subinde fideles apud alias civitates omnium ore celebrabantur.

Vers. 9. « Testis enim mihi est Deus, cui servio in spiritu meo. »

Quandoquidem de re obscura illi sermo erat, puta de sua erga homines illos dilectione, qui hactenus ipsum non viderant, ideirco Deum rei hujus testem appellat. Atqui significat spiritualem hanc esse servitutem, non carnalem, et ex præscripto legis.

« In Evangelio Filii ejus, quod sine intermissione. »

Superius Evangelium Patris dixit, hic *Filii illius* ait, ostendens unitatem Patris et Filii.

D

« Memoriam vestri facio [Vers. 10] semper in orationibus meis, obsecrans si quomodo tandem prosperum iter habeam in voluntate Dei veniendi ad vos. [Vers. 11.] Desidero enim videre vos, ut aliquid impertiar vobis gratiæ spiritualis ad confirmandos vos. »

Ostendit quanta Deo obedientia subesset, qui cum vehementer festinaret, obsecraretque concedi sibi ut Urbem videret, nequaquam tamen citra Dei voluntatem ad eos perrexisset.

Vers. 12, 13. « Id est simul consolari in vobis

VARIÆ LECTIONES.

[c] Addo ex Chrys. κλητοῦ. [d] Leg. ἁγίους. [e] Fort. εὐχαριστεῖν.

per eam quæ invicem est fidem vestram atque meam. Nolo autem vos ignorare, fratres, quia sæpe proposui venire ad vos (et prohibitus sum usque adhuc) ut aliquem fructum habeam, et in vobis, sicut et in cæteris gentibus et Judæis. »

A τῆς ἐν ἀλλήλοις πίστεως ἡμῶν τε καὶ ἐμοῦ. Οὐ θέλω δὲ ὑμᾶς ἀγνοεῖν, ἀδελφοί, ὅτι πολλάκις προεθέμην τοῦ ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς, καὶ ἐκωλύθην ἄχρι τοῦ δεῦρο, ἵνα τινὰ καρπὸν σχῶ καὶ ἐν ὑμῖν, καθὼς καὶ ἐν τοῖς λοιποῖς ἔθνεσί τε καὶ Ἰουδαίοις. »

Ne quibusdam videatur magnificentius de se sentire, dicendo *donum et gratiam impertiar vobis*; eam ob rem et ipse subjungit, eorum se consolatione opus habere.

Ἵνα μὴ δόξῃ τισὶν μεγαλοφρονεῖν, εἶναι λέγων εἰς τὸ *μεταδοῦναι ὑμῖν χάρισμα*, τούτου χάριν καὶ αὐτὸς τῆς παρ' ἐκείνων παρακλήσεως δεῖσθαι λέγει.

Vers. 14, 15. « Græcis et Barbaris, sapientibus et insipientibus debitor sum. Ita (quod in me est) promptum et vobis qui Romæ estis, evangelizare. »

« Σοφοῖς τε καὶ ἀνοήτοις ὀφειλέτης εἰμί· οὕτως, τὸ κατ' ἐμὲ πρόθυμον, καὶ ὑμῖν τοῖς ἐν Ῥώμῃ εὐαγγελίσασθαι. »

4 Ostendit nequaquam se in urbem regiam gloriæ illectum cupiditate pergere, sed omnino sibi incumbere, ut eos ipse instituat. Cum enim omnium gentium prædicator positus esset, proinde etiam Romanis prædicandi debitor erat.

Δείκνυσιν ὡς εἰ καὶ ἡ διὰ [1] φιλοδοξίαν προτρέπει ἑαυτὸν τῇ βασιλευούσῃ Πόλει, ἀλλ' ὡς ἐκ παντὸς τρόπου προσῆκον αὐτῷ μυσταγωγεῖν αὐτούς. Ἦ [g] γὰρ πάντων ἐθνῶν κήρυξ ἐτέθη, δῆλον ὅτι καὶ κηρύττειν Ῥωμαίοις ὀφειλέτης ἐστίν.

Vers. 16. « Non enim erubesco Evangelium. »

« Οὐ γὰρ ἐπαισχύνομαι τὸ Εὐαγγέλιον. »

Cum enim alicubi dicat : *Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Christi* [10] ; eccur igitur non istic ait, glorior, sed, *non erubesco* ? Nimirum Romani negotiis sæculi vehementer addicti erant, quippe qui orbis tunc principatum obtinuerant ; hic vero Jesum prædicabat crucifixum : idcirco dicit, *non erubesco*, eos docens, ne hactenus erubescant. Noverat enim, id si illi præstarent, citatiori gradu eo processuros, ut et gloriarentur.

Καίτοι ἀλλαχοῦ φησιν· *Ἐμοὶ δὲ μὴ γένοιτο καυχᾶσθαι εἰ μὴ ἐν τῷ σταυρῷ τοῦ Χριστοῦ*. Τίνος οὖν ἕνεκα ἐνταῦθα οὐ λέγει καυχῶμαι [h], ἀλλ' *οὐκ αἰσχύνομαι* ; ἐπειδὴ σφόδρα ἐπτοημένοι ἦσαν εἰς τὰ τοῦ βίου πράγματα Ῥωμαῖοι, ἄρτι τὴν ἀρχὴν τῆς οἰκουμένης ἀναδεξάμενοι, αὐτὸς δὲ ἐκήρυττεν Ἰησοῦν τὸν ἐσταυρωμένον· διὰ τοῦτο φησιν, *οὐκ αἰσχύνομαι*, ἐκείνους διδάσκων, τέως μὴ ἐπαισχύνεσθαι. Ἤδει γὰρ ὅτι ἂν τοῦτο κατορθώσωσιν, ταχέως προϊόντες καὶ ἐπὶ τὸ καυχᾶσθαι ἥξουσιν.

« Virtus enim Dei est in salutem omni credenti. »

« Δύναμις γὰρ Θεοῦ ἐστιν εἰς σωτηρίαν παντὶ τῷ πιστεύοντι. »

Quia virtus quoque Dei est quæ pœnas infligat et supplicia, quemadmodum dictum olim fuerat de plagis Ægypti ; propterea adjecit : *Ad salutem omni credenti*. Et ideo subjungit, *omni credenti*, ne absolute et indiscriminatim omnibus dari censeatur.

Ἐπειδή ἐστιν δύναμις Θεοῦ καὶ εἰς κόλασιν κατὰ τὸ εἰρημένον περὶ τῆς κολάσεως τῶν Αἰγυπτίων, τούτου χάριν προσέθηκεν τὸ, *Εἰς σωτηρίαν παντὶ τῷ πιστεύοντι*, καὶ ἵνα μὴ ἁπλῶς καὶ ἀδιακρίτως τοῖς πᾶσιν δίδοσθαι νομισθῇ ἐπήγαγε, *παντὶ τῷ πιστεύοντι*.

« Judæo primum et Græco. »

« Ἰουδαίῳ τε πρῶτον καὶ Ἕλληνι. »

Hic, *primum*, nequaquam vocabulum est dignitatis, sed ordinem significat. Quemadmodum videlicet eorum qui baptismi gratiam accipiunt, primus nihil habet amplius quam secundus, nec quam tertius aut postremus accipit.

Ἐνταῦθα τὸ, *πρῶτον*, οὐκ ἀξιώματος ὄνομα ἀλλὰ τάξεως σημασία· ὥσπερ ἀμέλει καὶ [διὰ] τῶν δεχομένων τοῦ βαπτίσματος χάριν, οὗ οὐχὸ πρῶτος πλεονεκτεῖ τοῦ δευτέρου, ἢ τοῦ τρίτου ἢ τοῦ ὑστάτου πλέον λαμβάνει.

Vers. 17. « Justitia enim Dei in eo revelatur ex fide in fidem, sicut scriptum est. »

« Δικαιοσύνη γὰρ Θεοῦ ἐν αὐτῷ ἀποκαλύπτεται ἐκ πίστεως εἰς πίστιν, καθὼς γέγραπται. »

Qui justus factus est, inquit, is non secundum vitam præsentem vivet, sed secundum futuram.

Ὁ γενόμενος, φησὶν, δίκαιος, οὐ κατὰ τὸν παρόντα μόνον βίον, ἀλλὰ τὸν μέλλοντα ζήσεται.

« Justus autem ex fide vivit. »

« Ὁ δὲ δίκαιος ἐκ πίστεως ζήσεται. »

Ita loquitur eo quod ipsi quoque veteres ex fide salvi fuere, quorum ipse catalogum texit in Epistola ad Hebræos [11].

Τοῦτό φησιν, ὅτι καὶ οἱ παλαιοὶ ἐκ πίστεως ἐσώθησαν, ὧν αὐτὸς κατάλογον ἐν τῇ πρὸς Ἑβραίους ποιεῖται.

Vers. 18. « Revelatur enim ira Dei de cœlo super omnem impietatem et justitiam hominum, »

« Ἀποκαλύπτεται γὰρ ὀργὴ Θεοῦ ἀπ' οὐρανοῦ ἐπὶ πᾶσαν ἀσέβειαν καὶ ἀδικίαν ἀνθρώπων, »

Postquam a bonis eos invitavit hortatusque est,

Ἀπὸ τῶν ἀγαθῶν προτρεψάμενος ἐπὶ τὸ κή-

[10] Galat. VI, 14. [11] Hebr. XI, 2 seqq.

VARIÆ LECTIONES.

[1] Forte οὐχὶ διά. [g] Leg. εἰ. [h] Ita sæpe librarii scribunt. Emenda καυχῶμαι.

ρυγμα ἐλθεῖν, καὶ ἀπὸ τῶν ἐναντίων πάλιν ἐρ- A ut ad prædicationem accederent, hos rursum excigάζεται τὴν προτροπήν· ἢ γὰρ ὑπισχνούμενον ἀγαθὰ, ἢ ἐκφοβοῦντα δεῖ τὴν προτροπὴν ἐργάζεσθαι. Ἐγγὺς οὖν παρίστησιν αὐτοὺς τοῦ θείου δικαστηρίου.

tare satagit a contrariis. Quisquis enim adhortatur, vel polliceri debet, vel metum incutere. Eos itaque Dei tribunali sistit.

« Τῶν τὴν ἀλήθειαν ἐν ἀδικίᾳ κατεχόντων, διότι τὸ γνωστὸν τοῦ Θεοῦ φανερόν ἐστιν ἐν αὐτοῖς. Ὁ Θεὸς γὰρ αὐτοῖς ἐφανέρωσε. Τὰ γὰρ ὁρατὰ αὐτοῦ ἀπὸ κτίσεως κόσμου τοῖς ποιήμασι νοούμενα καθορᾶται, ἥ τε ἀΐδιος αὐτοῦ δύναμις καὶ θεότης. »

« Qui veritatem in injustitia detinent : [Vers. 19, 20] quia quod notum est Dei, manifestum est in illis. Deus enim illis manifestavit. Invisibilia enim ipsius a creatura mundi, per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque virtus ejus et divinitas : »

Καὶ τίνες οὗτοι ; Οἱ Ἑλλήνων παῖδες, οἱ ξύλοις καὶ λίθοις ἀνατιθέντες τὴν τοῦ Θεοῦ προσκύνησιν, καὶ ὅσον εἰς αὐτοὺς ἀδικοῦντες τὴν τοῦ Θεοῦ δόξαν, εἰ καὶ οὐκ ἀδικεῖται.

Ac quinam illi sunt ? Græci utique qui divinum cultum et adorationem lapidibus et lignis attribuerunt, et quantum in ipsis fuit Dei honori et gloriæ injuriam irrogarunt, tametsi nihil inde B damni patiatur.

« Εἰς τὸ εἶναι αὐτοὺς ἀναπολογήτους. Διότι γνόντες τὸν Θεὸν, οὐχ ὡς Θεὸν ἐδόξασαν, ἢ εὐχαρίστησαν, ἀλλ' ἐματαιώθησαν ἐν τοῖς διαλογισμοῖς αὐτῶν, καὶ ἐσκοτίσθη ἡ ἀσύνετος αὐτῶν καρδία · φάσκοντες εἶναι σοφοὶ, ἐμωράνθησαν. »

« Ita ut sint inexcusabiles. [Vers. 21, 22.] Quia cum cognovissent Deum, non sicut Deum glorificaverunt, aut gratias egerunt : sed evanuerunt in 5 cogitationibus suis, et obscuratum est insipiens cor eorum : dicentes esse sapientes, stulti facti sunt. »

Καίτοι οὐ διὰ τοῦτο ἐποίησεν αὐτὰ ὁ Θεὸς, εἰ καὶ τοῦτο ἐξέβη · οὐ γὰρ ἵνα αὐτοὺς ἀπολογίας ἀποστερήσῃ, διδασκαλίαν τοσαύτην εἰς μέσον ἔθηκεν, ἀλλ' ἵνα αὐτὸν ἐπιγνῶσιν · ἀγνοήσαντες δὲ, πάσης ἑαυτοὺς ἀπεστέρησαν ἀπολογίας.

Atqui non ejus rei gratia isthæc effecit Deus, licet ita contigerit. Non enim tantam hancce doctrinam in medium protulit, ut eis excusationis causam adimeret ; sed magis ut ipsum agnoscerent. Quia vero eum non noverunt, omni seipsos excusationis obtentu privaverunt.

« Καὶ ἤλλαξαν τὴν δόξαν τοῦ ἀφθάρτου Θεοῦ. »

Vers. 23. « Et mutaverunt gloriam incorruptibilis Dei. »

Ἵνα δείξῃ τῆς γνώμης αὐτῶν τὸ κατηγόρημα · ὃ C γὰρ ἔχει τις, τοῦτο ἀλλάσσει.

Nimirum ut ostendat crimen mentis et sensus eorum. Quod enim habet quis, hoc commutat.

« Ἐν ὁμοιώματι εἰκόνος φθαρτοῦ ἀνθρώπου καὶ πετεινῶν καὶ τετραπόδων καὶ ἑρπετῶν. »

« In similitudinem imaginis corruptibilis hominis, et volucrum, et quadrupedum, et serpentium. »

Ὅρα πόσα τὰ κατηγορήματα · πρῶτον, ὅτι οὐκ ἔγνωσαν Θεόν · δεύτερον, ὅτι ἔχοντες ἀφορμὰς εἰς τοῦτο μεγάλας, ἀπώλισθον · τρίτον, ὅτι σοφοὶ λέγοντες εἶναι · τέταρτον, ὅτι εἰς δαίμονας κατήγαγον καὶ λίθους καὶ ξύλα τὸ σέβας ἐκεῖνο.

Vide quot quantaque crimina. Primum, quod non agnoverunt Deum. Secundum, quod cum rationes ejus assequendi haberent, nihilo secius inde exciderunt. Tertium, quod sese sapientes dicerent. Quartum quod debitum ei cultum et venerationem ad dæmones lapides et ligna demiserunt ac derivarunt.

« Διὸ παρέδωκεν αὐτοὺς ὁ Θεὸς ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις τῶν καρδιῶν αὐτῶν, εἰς ἀκαθαρσίαν, »

Vers. 24. « Propter quod tradidit illos Deus in desideria cordis eorum, in immunditiam. »

Τὸ *παρέδωκεν*, ἀντὶ τοῦ εἴασεν κεῖται. D Verbum, *tradidit*, hic positum est, pro, permisit.

« Τοῦ ἀτιμάζεσθαι τὰ σώματα αὐτῶν ἐν ἑαυτοῖς. »

« Ut contumeliis afficiant corpora sua in semetipsis. »

Ἐντεῦθεν ἔχουσι τὴν δίκην καὶ πρὸ θείου δικαιωτηρίου · καὶ αὐτοὶ γὰρ ἑαυτοὺς ταῦτα διέθηκαν, ἅπερ ἂν αὐτοὺς οἱ ἐχθροὶ διαθεῖναι οὐκ ἴσχυσαν.

Exinde condemnationi et judicio subjacent, etiam antequam Deus pro tribunali sedeat. Ipsi etenim horum sibi auctores exstiterunt, quæ nec hostes et inimici eis inferre potuissent.

« Οἵτινες μετήλλαξαν τὴν ἀλήθειαν τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ ψεύδει, καὶ ἐσεβάσθησαν καὶ ἐλάτρευσαν τῇ κτίσει παρὰ τὸν Κτίσαντα, »

Vers. 25. « Qui commutaverunt veritatem Dei in mendacium, et coluerunt, et servierunt creaturæ potius quam Creatori. »

« Δείκνυσιν ὡς πάσης ἀσελγείας ἡ ἀσέβεια ἐστὶ πρώτη.

Declarat impietatem omni immunditia priorem esse.

Ὃς ἐστιν εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας, Ἀμήν. Διὰ τοῦτο παρέδωκεν αὐτοὺς ὁ Θεὸς εἰς πάθη ἀτιμίας.

« Qui est benedictus in sæcula, Amen. [Vers. 26-28.] Propterea tradidit illos Deus in passiones

ignominiæ. Nam feminæ eorum immutaverunt naturalem usum in eum usum, qui est contra naturam. Similiter autem et masculi, relicto naturali usu feminæ, exarserunt in desiderio suo ad invicem, masculi in masculos turpitudinem operantes, et mercedem quam oportuit erroris sui in semetipsos recipientes. Et sicut non probaverunt Deum habere in notitia, tradidit illos in reprobum sensum, ut faciant ea quæ non conveniunt. »

A Αἵ τε γὰρ θήλειαι αὐτῶν μετήλλαξαν τὴν φυσικὴν χρῆσιν εἰς τὴν παρὰ φύσιν. Ὁμοίως δὲ καὶ οἱ ἄρρενες ἀφέντες τὴν φυσικὴν χρῆσιν τῆς θηλείας, ἐξεκαύθησαν ἐν τῇ ὀρέξει αὐτῶν εἰς ἀλλήλους, ἄρσενες ἐν ἄρσεσι τὴν ἀσχημοσύνην κατεργασάμενοι, καὶ τὴν ἀντιμισθίαν ἣν ἔδει τῆς πλάνης αὐτῶν ἐν αὐτοῖς ἀπολαμβάνοντες. Καὶ καθὼς οὐκ ἐδοκίμασαν ἔχειν τὸν Θεὸν ἐν τῇ γνώσει, παρέδωκεν αὐτοὺς εἰς ἀδόκιμον νοῦν, ποιεῖν τὰ μὴ καθήκοντα. »

Tametsi illi, inquit, eo relicto, bestias adoraverunt; at nihil ejus gloria detrimenti passa est. Est enim benedictus, etc.

Εἰ καὶ ἐκεῖνοι, φησὶν, ἀφέντες αὐτὸν, προσεκύνησαν κνωδάλοις, ἀλλ' οὐδὲν αὐτοῦ παρεφθάρη δόξα· ἔστι γὰρ εὐλογητός.

Vers. 29, 30. « Repletos omni iniquitate, malitia, improbitate, avaritia : plenos invidia, cædibus, dolo, malignitate, susurrones, detractores, θεοστυγεῖς, *id est*, Dei osores, contumeliosos, superbos, elatos. »

« Πεπληρωμένους πάσῃ ἀδικίᾳ, κακίᾳ, πονηρίᾳ, πλεονεξίᾳ· μεστοὺς φθόνου, φόνου, ἔριδος, δόλου, κακοηθείας, ψιθυρίας, καταλάλους, θεοστυγεῖς, ὑβριστὰς, ὑπερηφάνους, ἀλαζόνας. »

B

Postquam id quod generale et commune est dixit, singula deinceps mala percurrit, quorum utique impietas causa exstitit. *Dei osores.*

Εἰπὼν τὸ γενικὸν, καὶ κατ' εἶδος λοιπὸν διεξέρχεται τὰ κακὰ, ἅπερ ἡ ἀσέβεια εἰργάσατο. *θεομισεῖς.*

« Inventores malorum. »

« Ἐφευρετὰς κακῶν. »

Ut mentis inductio de cætero in crimen traheretur, *inventores malorum* eos appellavit.

Ἵνα τῆς γνώμης λοιπὸν γένηται κατηγόρημα, *ἐφευρετὰς κακῶν* αὐτοὺς προσηγόρευσεν.

6 « Patribus non obedientes, [Vers. 31] insipientes, incompositos, sine affectione, sine misericordia. [Vers. 32.] Qui cum justitiam Dei cognovissent. »

« Γονεῦσιν ἀπειθεῖς, ἀσυνέτους, ἀσυνθέτους, ἀστόργους, ἀνελεήμονας· οἵτινες τὸ δικαίωμα τοῦ Θεοῦ ἐπιγινώσκοντες. »

Et cominus contra naturam steterunt, inquit.

Καὶ κατὰ τῆς φύσεως ἔστησαν, φησίν.

« Quoniam qui talia agunt, digni sunt morte, non solum qui faciunt, sed et consentiunt facientibus. »

« Ὅτι οἱ τὰ τοιαῦτα πράσσοντες, ἄξιοι θανάτου εἰσὶν, οὐ μόνον αὐτὰ ποιοῦσιν, ἀλλὰ καὶ συνευδοκοῦσιν τοῖς πράσσουσιν. »

C

Cum duo sibi objecta proposuisset, hic utrumque sustulit. Cur enim dixeris, inquit, ignorare te quæ facienda sint? Tu namque tibi ejus ignorantiæ causa es, qui Deum qui te edoceret, reliqueris. Quin et modo multis ea tibi perspecta esse demonstramus, et te sponte deliquisse : verum perturbationum vehementia traheris. Eccur ergo peccantibus opem affers, eosque laudibus extollis?

Δύο θεὶς ἀντιθέσεις, ἐνταῦθα ἀνεῖλεν ἀμφοτέρας. Τί γὰρ ἂν εἴποις, φησὶν, ὅτι οὐκ οἶδας τὰ πρακτέα; Σὺ μὲν οὖν εἰ καὶ τοῦ μὴ εἰδέναι αἴτιος, ἀφεὶς τὸν γνωρίζοντά σοι Θεόν· νῦν δὲ καὶ διὰ πολλῶν δείκνυμεν εἰδότα καὶ ἑκόντα πλημμελοῦντα· ἀλλ' ὑπὸ πάθους ἕλκῃ. Τί οὖν καὶ συμπράττεις καὶ ἐπαινεῖς;

CAP. II.

ΚΕΦΑΛ. Β'.

Vers. 1, 2. « Propter quod inexcusabilis es, o homo, omnis qui judicas. In quo enim judicas alterum, teipsum condemnas. Eadem enim agis quæ judicas. Scimus autem quoniam judicium Dei est secundum veritatem in eos qui talia agunt. »

« Διὸ ἀναπολόγητος εἶ, ὦ ἄνθρωπε, πᾶς ὁ κρίνων· ἐν ᾧ γὰρ κρίνεις τὸν ἕτερον, σεαυτὸν κατακρίνεις· τὰ γὰρ αὐτὰ πράσσεις ὁ κρίνων. Οἴδαμεν δὲ, ὅτι τὸ κρῖμα τοῦ Θεοῦ ἐστι κατὰ ἀλήθειαν ἐπὶ τοὺς τὰ τοιαῦτα πράσσοντας; »

D

Eos quidem alloquitur qui Romanorum primates erant. Attamen cuivis etiam mortalium hæc conveniunt. Nam nosmet ipsi judicamus, ubi cum similia perpetremus, in alios sententiam ferimus.

Πρὸς τοὺς ἄρχοντας μὲν τῆς Ῥώμης ἀποτείνει τὸν λόγον, καὶ πρὸς ἕκαστον δὲ ἄνθρωπον ἁρμόσει· ἑαυτοὺς γὰρ κρίνομεν, ἀφ' ὧν τὰ παραπλήσια ἡμῖν πράττοντας ἑτέρους κρίνομεν.

Vers. 3, 4. « Existimas autem, o homo, qui judicas alios qui talia agunt, et facis ea, quia tu effugies judicium Dei ? an divitias bonitatis ejus et patientiæ et longanimitatis contemnis, ignorans quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit ? »

« Λογίζῃ δὲ, ὦ ἄνθρωπε, πᾶς ὁ κρίνων τοὺς τὰ τοιαῦτα πράσσοντας, καὶ ποιῶν αὐτὰ, ὅτι σὺ ἐκφεύξῃ τὸ κρῖμα τοῦ Θεοῦ; Ἢ τοῦ πλούτου τῆς χρηστότητος αὐτοῦ καὶ τῆς ἀνοχῆς καὶ τῆς μακροθυμίας καταφρονεῖς, ἀγνοῶν ὅτι τὸ χρηστὸν τοῦ Θεοῦ εἰς μετάνοιάν σε ἄγει; »

Subnectit : At interim non pœnas persolvo, inquit. Ille vero id præstat, ut dilatio, non in indulgentiam, sed in acerbius supplicium cedat, iis qui ea uti nolunt, ut pœnitentiam agant.

Ἀνθυποφορά· ἀλλὰ τέως οὐ κολάζομαι, φησίν· ὁ δὲ τὴν ὑπέρθεσιν οὐκ εἰς συγγνώμην, ἀλλ' εἰς μείζονα κόλασιν κατασκευάζει, τοὺς μὴ βουλομένους δι' αὐτῆς χωρεῖν εἰς μετάνοιαν.

« Κατὰ δὲ τὴν σκληρότητά σου καὶ ἀμετανόητον A καρδίαν, »

Ὁ γὰρ μήτε διὰ τῶν ἀγαθῶν, μήτε διὰ τῶν ἠπειλημένων [1] κολάσεων εἰς μετάνοιαν ἐρχόμενος, πῶς οὐ παντελῶς σκληρότατος ἂν εἴη;

« Θησαυρίζεις σεαυτῷ ὀργὴν ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς καὶ ἀποκαλύψεως δικαιοκρισίας τοῦ Θεοῦ, ὃς ἀποδώσει ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ· τοῖς μὲν γὰρ καθ' ὑπομονὴν ἔργου ἀγαθοῦ. »

Σὺ ἑαυτῷ, φησὶν, ἐπισπᾶσαι τὴν ὀργὴν, οὐχ ὁ Θεός σοι. Καὶ τὸ *θησαυρίζεις* δὲ, ὡς πάντη τε καὶ πάντως ἐσομένης, εἰ μὴ τῇ μετανοίᾳ αὐτὴν ἀποσυλήσωμεθα.

« Δόξαν καὶ τιμὴν καὶ ἀφθαρσίαν ζητοῦσι, ζωὴν αἰώνιον. »

Οὐ δυνάμενος εἰπεῖν τὰ ἀγαθὰ τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι ἀγαθὰ τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ παριστῶσι [1], διὰ τῶν ἐν ἀνθρώποις τιμῶν αὐτὰ κατασημαίνει. Δόξαν δὲ λέγων, καὶ τιμὴν καὶ ἀφθαρσίαν ἐπὶ τὰ ὄντως ἀγαθὰ, ἃ οὐδὲ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου ἀνέβη.

« Τοὺς δὲ ἐξ ἐριθείας, καὶ ἀπειθοῦσι μὲν τῇ ἀληθείᾳ, πειθομένοις δὲ τῇ ἀδικίᾳ. »

Ἵνα δείξῃ πάλιν τῆς γνώμης τὸ κατηγόρημα, οὐκ εἶπεν, ἐξ ἀγνοίας, ἀλλ' *ἐξ ἐριθείας*.

« Ὀργὴ καὶ θυμός· θλῖψις καὶ στενοχωρία ἐπὶ πᾶσαν ψυχὴν ἀνθρώπου τοῦ κατεργαζομένου τὸ κακόν· Ἰουδαίου τε πρῶτον καὶ Ἕλληνος. »

Ὥσπερ διὰ τῶν πιστευομένων ἡμῖν ἀγαθῶν τὰς ἀμοιβὰς τὰς μελλούσας εἰσάγει· οὕτω καὶ διὰ τῶν λυπηρῶν πάλιν τῶν παρ' ἡμῖν, τὰς μελλούσας κολάσεις.

« Δόξα δὲ καὶ τιμὴ καὶ εἰρήνη παντὶ τῷ ἐργαζομένῳ τὸ ἀγαθὸν, Ἰουδαίῳ τε πρῶτον καὶ Ἕλληνι. Οὐ γάρ ἐστι προσωπολημψία παρὰ τῷ Θεῷ. »

Πανταχοῦ τοῖς καλοῖς περιῤῥάττει τὸν ἀκροατὴν, προτρεπόμενος εἰς αὐτὸ ἐλθεῖν. Πρῶτον γὰρ διεξέρχεται τὰς ἀμοιβὰς, ἃς ἀπολήψονται οἱ ἅγιοι· εἰς τὰς μέσας τὰς κολάσεις θεὶς, πάλιν ἐπὶ τὰς τῶν καλῶν ἀμοιβὰς ἔρχεται. *Δόξαν καὶ τιμὴν* λέγων ὑπάρξειν τῷ ἐργαζομένῳ τὸ καλόν· οὕτως γὰρ μᾶλλον ἐπισπάσαιτο εἰς ἔργον τὸν ἀκροατήν.

« Ὅσοι γὰρ ἀνόμως ἥμαρτον, ἀνόμως καὶ ἀπολοῦνται· καὶ ὅσοι ἐν νόμῳ ἥμαρτον, διὰ νόμου κριθήσονται. »

Ἀντὶ τοῦ, μὴ ἔχοντες κατηγοροῦντα τὸν νόμον· ἄρχεται δὲ σύγκρισιν ποιεῖν, Ἰουδαίων τε καὶ τῶν πρὸ τῆς χάριτος Ἑλλήνων· Ἕλληνας δὲ μὴ τοὺς εἰδωλολάτρας λάμβανε, ἀλλὰ τοὺς θεοσεβεῖς· οἷος ἦν ὁ Μελχισεδὲκ, Νινευῖται, ὁ Ἰὼβ, ὁ Κορνήλιος. Κατασκευάζει δὲ τοῦτο σαφῶς, ἵνα δείξῃ, ὅτι οὐδὲν ὠφελεῖται ὁ Ἰουδαῖος διὰ νόμου, ἀλλὰ καὶ σφόδρα

Vers. 5. « Secundum duritiam tuam et impœnitens cor. »

Ille enim qui nec bonorum largitione, nec interminatione suppliciorum ad pœnitentiam convertitur, an non prorsus durissimus hic fuerit?

« Thesaurizas tibi iram in die iræ et revelationis iusti judicii Dei, [Vers. 6] qui reddet unicuique secundum opera ejus. [Vers. 7.] Iis quidem secundum patientiam boni operis. »

Tu ipse tibi, inquit, iram arcersis, non Deus tibi. Porro quod ait, *Thesaurizas*, hanc omnino prorsusque futuram annuit, nisi per pœnitentiam eam avertamus abstergamusque.

« Gloriam et honorem et incorruptionem quærunt, vitam æternam. »

B Cum verbis efferre bona futura nequeat bona quæ sanctos manent, ea ex illis honoribus significat, quibus homines affici solent. Porro cum gloriam, et honorem, et incorruptionem dicit, quæ vere bona sunt commendat, quæ, inquam, in cor hominis non ascenderunt.

7 Vers. 8. « Iis autem qui sunt ex contentione, et qui non acquiescunt veritati, credunt autem iniquitati. »

Ut rursum humanæ mentis et consilii crimen palam faciat, non dixit, ex ignorantia, sed *ex contentione*.

« Ira et indignatio. [Vers. 9.] Tribulatio et angustia in omnem animam hominis operantis malum, Judæi primum et Græci. »

C Sicuti per ea bona quæ apud nos trita sunt et probata, futuras mercedes innuit, sic per ea quæ nobis molesta sunt, supplicia futura significat.

Vers. 10, 11. « Gloria et honor et pax omni operanti bonum, Judæo primum et Græco. Non est acceptio personarum apud Deum. »

Bonis undique circumvallat eum qui aures faciles dederit, suadens ut idem iter arripiat. Primum enim præmia percenset, quæ sancti percepturi sunt; cum deinde medio loco pœnas et supplicia interjecerit, iterum ad remunerationes bonorum sermonem convertit, dum ait, *gloriam et honorem* illi concessum iri qui bonum fuerit D operatus. Hac quippe ratione auditorem ad opus magis pellexerit.

Vers. 12. « Quicunque enim sine lege peccaverunt, sine lege peribunt, et quicunque in lege peccaverunt, per legem judicabuntur. »

Ac si dicat: quicunque legem non habent, a qua accusentur. Comparationem orditur Judæos inter et gentiles qui ante gratiam vixere. Gentiles autem, ne eos putes velim qui idola coluerint, sed potius qui religiosi erga Deum exstiterunt; quales fuerunt Melchisedech, Ninivitæ, Job, Cornelius. Idque manifesto astruit, ut palam faciat

VARIÆ LECTIONES.

[1] Leg. ἠπειλημένων. [1] Hæc omnia sana non sunt Chrysost. Melius παρίστησι.

nihil lege Judæum juvari, sed graviori onere premi. Id autem facit, ut cum ad gratiam suscipiendam provocet. Aiebant quippe Judæi opus se non habere gratia, cum per legem justi evaderent. Quamobrem ostendit nihil ipsis legem prodesse, quippe quam perficere atque implere foret impossibile, quin et maledictioni potius homines devoveret. Hæc, inquam, omnia astruit, ut eos concludat indagine gratiæ quæ per fidem habetur.

A βαρεῖται· τοῦτο δὲ ποιεῖ, ὅπως ἂν εἰς τὸ δέξασθαι τὴν χάριν αὐτῶν ἐκκαλέσηται· ἔλεγον γὰρ οἱ Ἰουδαῖοι μὴ χρῄζειν τῆς χάριτος δικαιούμενοι ἐν νόμῳ· Διὸ δείκνυσιν, ὡς οὐδὲν αὐτοὺς ὠφελεῖ. Ἀδύνατον γὰρ αὐτὸν κατορθωθῆναι· ἀλλὰ καὶ ἐπικαταράτους ποιεῖ. Ταῦτα δὲ πάντα, ὡς εἶπον, κατασκευάζει συγκλείων αὐτοὺς εἰς τὴν διὰ πίστεως χάριν.

Vers. 13 16. « Non enim auditores legis justi sunt apud Deum ; sed factores legis justificabuntur. Cum enim gentes quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis sunt, faciunt, ejusmodi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium reddente illis conscientia ipsorum, et inter se invicem cogitationibus accusantibus, aut etiam defendentibus, in die cum judicabit Deus occulta hominum, secundum Evangelium meum, per Jesum Christum. »

« Οὐ γὰρ οἱ ἀκροαταὶ νόμου δίκαιοι παρὰ τῷ Θεῷ, ἀλλ' οἱ ποιηταὶ νόμου δικαιωθήσονται. Ὅταν γὰρ ἔθνη τὰ μὴ νόμον ἔχοντα, φύσει τὰ τοῦ νόμου ποιοῦσιν, οὗτοι νόμον μὴ ἔχοντες ἑαυτοῖς εἰσιν νόμος· οἵτινες ἐνδείκνυνται τὸ ἔργον τοῦ νόμου γραπτὸν ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν, συμμαρτυρούσης αὐτῶν τῆς B συνειδήσεως, καὶ μεταξὺ ἀλλήλων τῶν λογισμῶν κατηγορούντων. Ἢ καὶ ἀπολογουμένων ἐν ἡμέρᾳ ἐν ᾗ κρινεῖ ὁ Θεὸς τὰ κρυπτὰ τῶν ἀνθρώπων κατὰ τὸ Εὐαγγέλιόν μου διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ. »

Cum mentionem superius fecerit judicii Dei, hic aperte declarat Christum esse qui in die novissimo judex sessurus sit. Ipsi namque omne judicium dedit Pater [11]. Id autem facit, Novi Testamenti decretorum dogmatumque viam illis aperiens.

« Ἄνω μνησθεὶς τῆς κρίσεως τοῦ Θεοῦ, ἐνταῦθα σαφῶς ἐκκαλύπτει, ὡς Χριστός ἐστιν ὁ κρίνων ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ. Αὐτῷ γὰρ πᾶσαν τὴν κρίσιν δέδωκεν ὁ Πατήρ· τοῦτο δὲ ποιεῖ, τῶν τῆς Καινῆς Διαθήκης δογμάτων ἀνοίγων αὐτοῖς τὴν ὁδόν.

Vers. 17-19. « Si autem tu Judæus cognominaris, et 8 requiescis in lege, et gloriaris in Deo, et nosti voluntatem, et probas utiliora, instructus per legem, confidis teipsum esse ducem cæcorum, lumen eorum qui in tenebris sunt. »

« Εἰ δὲ σὺ Ἰουδαῖος ἐπονομάζῃ, καὶ ἐπαναπαύῃ νόμῳ, καὶ καυχᾶσαι ἐν Θεῷ, καὶ γινώσκεις τὸ θέλημα, καὶ δοκιμάζεις τὰ διαφέροντα, κατηχούμενος ἐκ τοῦ νόμου· πέποιθάς τε σεαυτὸν ὁδηγὸν εἶναι τυφλῶν, φῶς τῶν ἐν σκότει. »

Comparatione facta Judæi cum Græcis, postquam illum acriter expugnavit, impressionem tantisper remittit. Ac si quis occurrat ipsi et dicat : ubi igitur ea sunt Judæorum insignia et præcellentiæ? Ostendit igitur illos nomen duntaxat habere : quinimo ob ea quibus multum gloriabantur et superbiebant, supplicii dignos exsistere. Videsis quomodo eos undique diverberat. Quamvis, inquit, in lege glorieris, attamen non agis ea quæ lege jubentur. Quodque ait iterum, *confidis teipsum;* innuit eum non hoc esse quod ille, sed meram jactantiam obtendere : ac velut verba solum eis præripiat, præripit insuper et honorem.

C Συγκρίνας τὸν Ἰουδαῖον τοῖς Ἕλλησιν, καὶ σφόδρα καταπαλαίσας, μικρὸν ὑφαιρεῖ τοῦ βάρους. Ὥσπερ τινὸς ἀντιπίπτοντος καὶ λέγοντος αὐτοῦ. Ποῦ οὖν τὰ σεμνὰ τῶν Ἰουδαίων; Δείκνυσιν οὖν ὄνομα μόνον τὰς αὐτοῦ; [k]. Μᾶλλον μὲν οὖν καὶ ἐν αὐτοῖς τούτοις ἐν οἷς ἐφρόνουν μέγα, τιμωρίας ἀξίους. Ὅρα δὲ πῶς πλαγίως πλήσσει πανταχοῦ· εἰ καὶ καυχᾶσαι ἐν νόμῳ, ἀλλ' οὐ πράττεις τὰ τοῦ νόμου· καὶ τὸ, *πέποιθας σεαυτόν*, πάλιν λέγων· ὡς μὴ ὄντα μὲν τοῦτο ὅπερ ἐκεῖνος λέγει, προβαλλόμενον δὲ καὶ ὥσπερ ἁρπάζων τὰ ῥήματα μόνον ἁρπάζει τὴν τιμήν.

Vers. 20. « Eruditorem insipientium, magistrum infantium, habentem formam scientiæ et veritatis in lege. »

« Παιδευτὴν ἀφρόνων, διδάσκαλον νηπίων, ἔχοντα D μόρφωσιν τῆς γνώσεως, καὶ τῆς ἀληθείας ἐν τῷ νόμῳ. »

Enimvero graviter admodum proselytos perstringebant, quippe qui sibi videbantur doctores esse.

Μέγα γὰρ κατέτρεχον τῶν προσηλύτων, δι' αὐτὸ τοῦτο τὸ δοκεῖν εἶναι διδάσκαλοι.

Vers. 21, 22. « Qui ergo alium doces, teipsum non doces? qui prædicas non furandum, furaris? qui dicis non mœchandum, mœcharis? »

« Ὁ οὖν διδάσκων τὸν ἕτερον, σεαυτὸν οὐ διδάσκεις; ὁ κηρύσσων μὴ κλέπτειν, κλέπτεις; ὁ λέγων μὴ μοιχεύειν, μοιχεύεις; »

Graviori Judæum pœnæ subjicit, hunc prævaricationis reum in iis peragendo, in quibus ille sibi aliorum arrogat magisterium.

Βαρυτέραν ἀπεργάζεται τοῦ Ἰουδαίου τὴν τιμωρίαν, ἐν τούτοις αὐτὸν παραβάτην ἀποφαίνων, ἐν οἷς ἑτέρων εἶναι διδάσκαλος ἄξιοῖ.

[11] Joan. v, 22.

VARIÆ LECTIONES.

[k] Leg. ἔχοντας.

« Ὁ βδελυσσόμενος τὰ εἴδωλα, ἱεροσυλεῖς; »

Εἰς τοσαύτην γὰρ μανίαν χρημάτων ἔρωτος προέβησαν, ὡς εἰδωλικῶν ἅπτεσθαι χρημάτων.

« Ὃς ἐν νόμῳ καυχᾶσαι, διὰ τῆς παραβάσεως τοῦ νόμου τὸν Θεὸν ἀτιμάζεις; Τὸ γὰρ ὄνομα τοῦ Θεοῦ δι' ὑμᾶς βλασφημεῖται ἐν τοῖς ἔθνεσιν, καθὼς γέγραπται. »

Ἐν ἑτέροις εἴδεσι δείξας παράνομον, ἐνταῦθα καὶ καθολικώτερον ἐπάγει τὴν παρανομίαν, αὐτοῦ τοῦ νόμου εἰς μέσον φέρων τὸ ὄνομα. Καὶ σαφῶς αὐτοῦ παραβάτην τῶν Ἰουδαίων [l] ἀποδείκνυσιν, ὡς καὶ αἴτιον γινόμενον τοῦ βλασφημεῖσθαι τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ.

« Περιτομὴ μὲν γὰρ ὠφελεῖ ἐὰν νόμον πράσσῃς, ἐὰν δὲ παραβάτης νομοῦ ᾖς, ἡ περιτομή σου ἀκροβυστία γέγονεν. Ἐὰν οὖν ἀκροβυστία τὰ δικαιώματα τοῦ νόμου φυλάσσει, οὐχ ἡ ἀκροβυστία αὐτοῦ εἰς περιτομὴν λογισθήσεται; Καὶ κρινεῖ ἡ ἐκ φύσεως ἀκροβυστία, τὸν νόμον τελοῦσα, σὲ τὸν διὰ γράμματος καὶ περιτομῆς παραβάτην νόμου. »

Δείξας ὡς οὐδὲν χρήσιμος αὐτοῖς ὁ νόμος, μᾶλλον δὲ ὡς καὶ κολάσεως αὐτοῖς αἴτιος, ὥσπερ ἀντιπιπτούσης ἀντιθέσεως, τί οὖν; οὐδὲν ἡ περιτομή; Ὅρα πῶς καὶ ταύτην κωλύει, πάλιν αὐτὴν ἀποφαίνων περιττὴν, καὶ τῶν ἀκροβύστων διαφέρουσαν οὐδὲν, μὴ πληρουμένων τῶν ἐντολῶν τοῦ νόμου. Τὰ γὰρ τοῦ νόμου προστάγματα ἀδύνατον τελειοῦσθαι ἦν. Ὥσπερ δὲ ἐν τοῖς ἀνωτέρω τὸν ἀκρόβυστον μετὰ τοῦ Ἰουδαίου συνέκρινεν· οὕτω καὶ ἐνταῦθα μετὰ περιτομῆς [m] δείκνυς, κατὰ τοῦτο πολὺ λιπόμενον τὸν ἔχοντα τὴν περιτομήν.

« Οὐ γὰρ ὁ ἐν τῷ φανερῷ, Ἰουδαῖός ἐστιν· οὐδὲ ἡ ἐν τῷ φανερῷ ἐν σαρκὶ περιτομή· ἀλλ' ὁ ἐν τῷ κρυπτῷ Ἰουδαῖος, καὶ περιτομὴ καρδίας ἐν πνεύματι, οὐ γράμματι· οὗ ὁ ἔπαινος οὐκ ἐξ ἀνθρώπων, ἀλλ' ἐκ τοῦ Θεοῦ. »

Ἐπειδὴ πάντα σωματικὰ ἦν τὰ κατὰ νόμον, περιτομὴ καὶ θυσία, καὶ σώματος ῥαντισμοὶ, ὅρα πῶς ταῦτα προφανῶς ἀναιρεῖ, οὐκέτι λελῃθότως, λέγων ὅτι ἔνδον ἐστὶν ἡ περιτομὴ, καὶ ἔνδον ἐστὶν ὁ Ἰουδαῖος, ὥσπερ καὶ ἔνδον ἐστὶν ὁ νόμος. Τί οὖν καυχᾶσαι, φησὶ, καὶ τὰ σαρκὸς ἐπιτελῶν μεγαλοφρονεῖς; Οὐ γὰρ ἐπὶ τούτοις ἔπαινος κεῖται ἐκ τοῦ Θεοῦ.

« Qui abominaris idola, sacrilegium facis? »

Tam insano amentique pecunias amore persecuti sunt, ut eas caperent quæ idolis consecratæ erant.

Vers. 23, 24. « Qui in lege gloriaris, per prævaricationem legis Deum inhonoras? Nomen enim Dei per vos blasphematur inter gentes, sicut scriptum est. »

Cum aliis in capitibus legis eum violatorem ostenderit, hic etiam generatim magis iniquitatem illius adjicit, addúcto in medium ipso legis vocabulo. Et manifeste Judæum ostendit illius esse prævaricatorem, qui in causa quoque fuerit, ut nomen Dei blasphemaretur.

Vers. 25-27. « Circumcisio quidem prodest si legem observes; si autem prævaricator legis sis, circumcisio tua præputium facta est. Si igitur præputium justitias legis custodiat, nonne præputium illius in circumcisionem reputabitur? et judicabit id quod ex natura est præputium, legem consummans, te, qui per litteram et circumcisionem prævaricator legis es. »

Ostenso, nihil illis legem esse utilem, quin potius supplicii causam exsistere; tanquam oppositione ex adverso occurrente, quid igitur? circumcisio nihil est? Observa quinam eam quoque prohibeat, qui superfluam et vanam declaret, nihilque diversam a præputio, quando præceptiones legis non implentur. Nam legis mandata peragi impossibile erat. Quemadmodum autem in superioribus eum qui præputium habet, cum Judæo contulit: sic etiam hoc in loco præputium cum circumcisione comparat, ut probet hac in parte valde inferiorem eum esse qui circumcisionem admiserit.

9 Vers. 28, 29. « Non enim qui in manifesto Judæus est, neque quæ in manifesto in carne est, circumcisio: sed qui in occulto Judæus, et circumcisio cordis in spiritu, non littera, cujus laus non ex hominibus, sed ex Deo est. »

Quoniam quæcunque lege ferebantur, corporalia erant, puta circumcisio, victimæ, corporis aspersiones; inspice quomodo hæc palam auferat, nec jam amplius clam et obscure, cum dicit intus esse circumcisionem, et intus Judæum aliquem esse, quemadmodum et legem intus esse positam. Ecquid igitur gloriaris, inquit, cumque ea quæ carni propria sunt peragas, de te magnifice sentis? Neque enim in his consistit laus quæ a Deo est.

ΚΕΦΑΛ. Γ'.

Τί οὖν τὸ περισσὸν τοῦ Ἰουδαίου; καὶ τίς ἡ ὠφέλεια τῆς περιτομῆς; Πολὺ κατὰ πάντα τρόπον. Πρῶτον μὲν ὅτι ἐπιστεύθησαν τὰ λόγια τοῦ Θεοῦ. »

Ἀνθυποφορὰ, καὶ ταύτης ἡ λύσις· οὐκ ἀφ' ὧν ἐκεῖνοι κατορθοῦσιν, ἀλλ' ἐκ τῆς φιλοτιμίας τοῦ Θεοῦ· τὸ γὰρ πιστευθῆναι τὰ λόγια τοῦ Θεοῦ, τῆς τοῦ

CAP. III.

Vers. 1-2. « Quid ergo amplius Judæo est? et quæ utilitas circumcisionis? Multum per omnem modum. Primum quidem, quia credita sunt illis eloquia Dei. »

Objectio, ejusque solutio. Non enim propter recte facta illorum, sed Dei magnificentia est. Nam quod credita sint eis eloquia Dei, magnificentiæ

VARIÆ LECTIONES.

[l] Leg. τὸν Ἰουδαῖον. [m] Deest forsitan ἀκροβυστίαν.

divinæ opus est, non virtute eorum hoc patratum fuit.

Vers. 3, 4. « Quid enim si quidam non crediderunt? nunquid incredulitas illorum fidem Dei evacuabit? Absit. Sit autem Deus verax. »

Ilos eo improbitatis venisse ostendit, ut propter ea ipsa ex quibus honorem sibi arrogabant, supplicio digni essent. Apposite vero *quosdam* dixit, quamvis omnes increduli fuerint, ne molestus videretur.

Quid criminaris, quia increduli fuere? quidve istud ad Deum pertinet? Nunquid enim munificentiam ejus ingratus animus eorum de quibus benemeritus est, subvertit? aut ipse facit ut honor nequaquam sit honor? sed et majorem esse suam humanitatem demonstrat, quando eum etiam a quo contumelia afficiendus erat, videtur honestare.

« Omnis autem homo mendax, sicut scriptum est : Ut justificeris in sermonibus tuis. »

Id quod obscure jam ante dixerat, nunc palam exponit, dum ait, omnem prorsus hominem a fide descivisse.

« Et vincas cum judicaris. »

Sensus est : Si quis, inquit, pensat, quanta auctore Deo bona Judæis obtigerint, quæ rursum illi eidem retribuerint ; is plane victoriam concesserit Deo, cujus tanta exstitit magnificentia, ut nec ingratus eorum animus beneficam manum ipsius valuerit cohibere.

Vers. 5, 6. « Si autem iniquitas nostra justitiam Dei commendat, quid dicemus? nunquid iniquus est Deus, qui infert iram? (Secundum hominem dico.) Absit ! Alioqui quomodo judicabit Deus hunc mundum? »

Altera rursum objectio : quæ quidem hunc in modum procedat. Si cum malus factus sim, inquit, in causa fui, uti Deus victor evaderet, **10** haudquaquam pœnæ obnoxius fuero. Hanc autem sic solvit : Si Deus est justus judex, et mundum judicabit in justitia, uti scriptum est, necnon pœnas infligit tibi ; juste utique eas persolves. Quomodo ergo ais injuste te puniri, quippe qui in causa sis ut ille vincat? Quisquis enim legem observat, legislatoris magnitudinem magis prædicat, quam qui eam violat, ac pœnis mulctatur. Quod autem ait, *secundum hominem dico*, idem est atque humano more loquor : quandoquidem veluti allato exemplo solutionem exsequitur.

Vers. 7, 8. « Si enim veritas Dei in meo mendacio abundavit in gloriam ipsius, quid adhuc et ego tanquam peccator judicor? et non (sicut blasphemamur, et sicut aiunt quidam nos dicere) faciamus mala ut veniant bona : quorum damnatio justa est. »

Eamdem fusius objectionem explicat, hoc autem

Θεοῦ φιλοτιμίας ἔργον ἐστὶν, οὐ τῆς ἐκείνων ἀρετῆς κατόρθωμα.

« Τί γὰρ εἰ ἠπίστησάν τινες, μὴ ἡ ἀπιστία αὐτῶν τὴν πίστιν τοῦ Θεοῦ καταργήσει; Μὴ γένοιτο· γινέσθω δὲ Θεὸς ἀληθής. »

Δείκνυσιν οὕτω πονηροὺς, ὡς καὶ ἐν οἷς τιμῶνται, κολάσεως εἶναι ἀξίους. Εὖ δὲ τὸ *τινὲς*, εἰ καὶ πάντες ἠπίστησαν, ἵνα μὴ δόξῃ φορτικὸς εἶναι.

Τί γὰρ ἐγκαλεῖς, φησὶν, ὅτι ἠπίστησαν; καὶ τί τοῦτο πρὸς τὸν Θεόν; Μὴ γὰρ τὴν εὐεργεσίαν αὐτοῦ ἀνατρέπει τῶν εὐεργετηθέντων ἡ ἀγνωμοσύνη; ἢ τὴν τιμὴν ποιεῖ μὴ εἶναι τιμήν; ἀλλὰ καὶ μείζονα αὐτοῦ δείκνυσιν τὴν φιλανθρωπίαν, ὅταν καὶ τὸν μέλλοντα αὐτὸν ἀτιμάζειν φαίνηται τιμῶν.

« Πᾶς δὲ ἄνθρωπος ψευστὴς, καθὼς γέγραπται· Ὅπως ἂν δικαιωθῇς ἐν τοῖς λόγοις σου. »

Ὃ εἶπεν συνεσχιασμένως ἐν τοῖς ἔμπροσθεν, νῦν προφανῶς τίθησιν· πάντα ἄνθρωπον αὐτῶν ἐψευσμένων τῆς πίστεως εἰρηκώς.

« Καὶ νικήσῃς ἐν τῷ κρίνεσθαί σε. »

Ὁ νοῦς οὕτως· Εἴ τις, φησὶν, κρίνει τά τε ὑπάρξαντα Ἰουδαίοις παρὰ τοῦ Θεοῦ, τά τε ὑπ' αὐτῶν εἰς αὐτὸν ἀντιδοθέντα, τὴν νικῶσαν [n] δῴη τῷ Θεῷ, τοσοῦτον γινομένῳ φιλοτίμῳ, ὡς μηδὲ τῆς ἀχαριστίας αὐτῶν δυνηθείσης ἀνακόψαι τὴν εὐεργετικὴν δεξιάν.

« Εἰ δὲ ἡ ἀδικία ἡμῶν Θεοῦ δικαιοσύνην συνίστησιν, τί ἐροῦμεν; μὴ ἄδικος ὁ Θεὸς, ὁ ἐπιφέρων τὴν ὀργήν; κατὰ ἄνθρωπον λέγω. Μὴ γένοιτο! Ἐπεὶ πῶς κρινεῖ ὁ Θεὸς τὸν κόσμον; »

Ἀντίθεσις πάλιν· ἡ δὲ ἀντίθεσις αὕτη· Εἰ κακῶς γενόμενος, φησὶν, αἴτιος ἐγενόμην, τοῦ τὴν νικοῦσαν δέξασθαι τὸν Θεὸν, οὐκ ὀφείλω κολάζεσθαι. Λύει δὲ αὐτὴν οὕτως· Εἰ δίκαιος ὁ Θεὸς κριτὴς, καὶ τὸν κόσμον κρίνει ἐν δικαιοσύνῃ, κατὰ τὸ γεγραμμένον, κολάζει σε δὲ, δικαίως δηλονότι κολάζει σε· πῶς τοίνυν ἀδίκως κολάζεσθαι φῂς, αἴτιος ὢν τῆς αὐτοῦ νίκης; Κατορθῶν γάρ τις μᾶλλον τὸν νόμον μέγαν κηρύσσει τὸν νομοθέτην, ἢ παραβαίνων καὶ κολαζόμενος· τὸ δὲ *κατὰ ἄνθρωπον λέγω*, κατὰ τὸ ἀνθρώπινον φθέγγομαι, ἐπειδὴ ὡς ἐπὶ ὑποδείγματος τὴν λύσιν ἐργάζει.

« Εἰ δὲ ἀλήθεια τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ ἐμῷ ψεύσματι ἐπερίσσευσεν εἰς τὴν δόξαν αὐτοῦ, τί ἔτι κἀγὼ ὡς ἁμαρτωλὸς κρίνομαι; καὶ μὴ, καθὼς βλασφημούμεθα, καὶ καθώς φασί τινες ἡμᾶς λέγειν, ὅτι Ποιησώμεθα τὰ κακὰ, ἵνα ἔλθῃ τὰ ἀγαθά· ὧν τὸ κρῖμα ἔνδικόν ἐστιν. »

Πάλιν τὴν αὐτὴν πλατύτερον τίθησιν· ἡ δὲ διάνοια

VARIÆ LECTIONES.

[n] Forte νίκην, vel νικοῦσαν, pro νίκην, ut infra. Chrysost. τὰ νικητήρια.

Εἰς τὸ προειρημένον πάλιν ἐπανακάμπτει λόγον· ὁ δὲ νοῦς οὗτος· Διασύροντές τινες τὸν Ἀπόστολον, ἔλεγον· Ἐπειδὴ μέγα ἡμάρτομεν, μὴ ἀποστῶμεν ἁμαρτάνοντες, ἵνα πλείων ἡ χάρις δοθῇ· ἀναιρεῖ δὲ τοῦτο, πρῶτον μὲν, τῇ ἀπαγορεύσει, λέγων, *μὴ γένοιτο*! ὥσπερ ἐπὶ τῶν ὁμολογουμένων κακῶν εἰώθε τίθεσθαι. Ἔπειτα καὶ ἀναντιῤῥήτῳ λογισμῷ· *Οἵτινες*, φησὶν, *ἀπεθάνομεν τῇ ἁμαρτίᾳ, πῶς ζήσομεν ἐν αὐτῇ*; Ὃ δὲ λέγει τοιοῦτόν ἐστι· Νεκροὶ γεγόναφοτέροις ἀντέθηκεν τὴν διὰ τοῦ Χριστοῦ γενομένην ἀναλογίαν.

illa quæ ex voluntate pendet. Utrique opposuit ductam a Christo comparationem.

Vers. 19. « Sicut enim per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi. »

Priori iterum argumento utitur, quod resumptione urget pressius.

« Ita et per unius obeditionem justi constituentur multi. »

Idem rursum probationibus aliis enarrare contendit. Hæc cuncta edisserit, quia Judæi dicebant Christi morte orbem justificari non posse. Hoc vero, *peccatores constituti sunt multi*, idem est, atque, obnoxii morti propter peccatum fuerunt.

Vers. 20. « Lex autem subintravit, ut abundaret delictum. »

Quia ostendit universum orbem Adami causa condemnationi subjacuisse, á Christo vero justificatum servatumque esse a damnatione, apposite nunc de lege quæstionem movet, quo præconceptam de ea opinionem succidat. Ait ergo non modo eam nihil prodesse, sed etiam ea subeunte, auctiorem evasisse ægritudinem. Istud vero, *ut abundaret*, non causam innuit, sed quod ex eventu id probatum fuerit. Nequaquam enim ideirco data est lex, ut abundaret peccatum. Sed data quidem est, ut delictum minueretur. Verum contrarium evenit; non propter ipsam legis naturam, sed propter socordiam eorum qui illam suscepere. Porro *subintravit* inquit, non autem, intravit; ut significet ad tempus eam fuisse utilem, nec ceu principale quoddam ante omnia proprie fuisse institutam.

« Ubi autem abundavit peccatum, superabundavit et gratia. [Vers. 21.] Ut sicut regnavit peccatum in morte, ita et gratia regnet per justitiam in vitam æternam, per Jesum Christum Dominum nostrum. »

Non solum enim pœna nos exemit, sed et sexcenta illa quæ prædiximus bona concessit nobis. Quomodo autem abundavit peccatum? Innumeras lex præceptiones sanxit, quibus undique confirmaretur et fulciretur homo. His vero omnibus posthabitis, per consequentiam auctius evasit peccatum.

CAP. VI.

Vers. 1, 2. « Quid ergo dicemus? permanebimus in peccato ut gratia abundet? absit. Qui mortui sumus peccato, quomodo ergo vivemus in illo? »

Sermonem iterum revocat ad illud quod ante dixerat: hoc utique sensu. Nonnulli Apostolo detrahentes aiebant: Ergo cum multum peccaverimus, nequaquam a peccatis abstineamus, ut amplior gratia tribuatur. Atqui hoc tollit: primum quidem negatione, dicendo, *Absit!* uti consuevit, quando de certis et exploratis malis sermonem habet. Tum deinde irrefragabili ratiocinatione: *Qui mortui sumus peccato*, inquit, *quomodo vive-*

mus in illo? Ac si dicat : mortui facti sumus peccato, dum credidimus et illuminati fuimus. Si mortui, utique ut ei de cætero non obsequamur.

Vers. 3-5. « An ignoratis, quia quicunque baptizati sumus in Christo Jesu, in morte ipsius baptizati sumus? Consepulti enim sumus per baptismum in mortem, ut quomodo Christus surrexit a mortuis per gloriam Patris, sic et nos in novitate vitæ ambulemus. Si enim complantati facti sumus similitudini morti ejus, sed et resurrectionis erimus. »

Cum ratum certumque esset id quod dixerat, hoc nobis enarrat. Quid ergo illud est, *in mortem ipsius baptizati sumus?* plane uti moriamur sicut et ille. Nam baptismus crux est. Quocirca id quod Christo, tum crux, tum sepulcrum fuit, hoc nobis baptismus exstitit, licet non eadem ratione. Ille siquidem mortuus sepultusque est carni ; nos vero peccato utrumque fuimus. Quapropter non dixit, complantati facti sumus morti ejus, sed *similitudini mortis ejus.* Mors quippe hoc et illud est, sed non ejus subjectum idem. Nam Christi mors carnis fuit, nostra autem, peccati.

Vers. 6. « Quod vetus homo noster simul crucifixus est. »

Non ait, crucifixus est, sed *simul crucifixus est*, ut baptismum cum morte componeret.

« Ut destruatur corpus peccati. »

Nequitiam universam vocat corpus peccati. **21** Nam sicut cunctam malitiam veterem hominem appellat, ita et corpus hominis istius, malitiam quæ ex variis nequitiæ et improbitatis membris coalita sit.

« Et ultra non serviamus peccato. [Vers. 7.] Qui enim mortuus est, justificatus est a peccato. »

Peccato, inquit, hoc interire volo, non ut aboleatur et occidat, sed ne peccet amplius. Quia sicut ille qui mortem obiit, exemptus est a peccato, cum mortuus jaceat ; ita et mors quæ per baptismum infertur, huic similem reddit illum qui ex piscina ascenderit. Nam quandoquidem illic semel mortuus est, oportet ut peccato semper mortuus maneat.

Vers. 8, 9. « Si autem mortui sumus cum Christo, credimus quia simul et vivemus cum illo ; scientes quod Christus resurgens ex mortuis jam non moritur. »

Quamprimum coronam affert laborum et certaminum. Cæterum ingens plane nobis bonum obvenit, ut et ante coronam Domini consortes efficiamur.

« Mors illi ultra non dominatur. [Vers. 10.] Quod enim mortuus est peccato, mortuus est semel. »

Id est, haudquaquam huic morti erat obnoxius, sed propter peccatum nostrum mortuus est, ut illud tolleret, ejusque nervos et vires omnes excideret.

« Quod autem vivit, vivit Deo. »

Hoc est, citra resolutionem ulteriorem ; ita ut

μεν τῇ ἁμαρτίᾳ, πιστεύσαντες καὶ φωτισθέντες· τὸ δὲ νεκροὶ, ὥστε μὴ ὑπακούειν αὐτῇ λοιπόν.

« Ἢ ἀγνοεῖτε, ὅτι ὅσοι ἐβαπτίσθημεν εἰς Χριστὸν Ἰησοῦν, εἰς τὸν θάνατον αὐτοῦ ἐβαπτίσθημεν; Συνετάφημεν οὖν αὐτῷ διὰ τοῦ βαπτίσματος εἰς τὸν θάνατον· ἵνα, ὥσπερ ἠγέρθη Χριστὸς ἐκ νεκρῶν διὰ δόξης τοῦ Πατρὸς, οὕτως καὶ ἡμεῖς ἐν καινότητι ζωῆς περιπατήσωμεν. Εἰ γὰρ σύμφυτοι γεγόναμεν τῷ ὁμοιώματι τοῦ θανάτου αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ τῆς ἀναστάσεως ἐσόμεθα. »

Ἐπειδὴ ἀσφαλὲς ἦν τὸ εἰρημένον, ἐπεξηγεῖται ἡμῖν αὐτό. Τί οὖν ἐστιν, *εἰς τὸν θάνατον αὐτοῦ ἐβαπτίσθημεν*; εἰς τὸ καὶ αὐτοὶ ἀποθανεῖν ὥσπερ ἐκεῖνος. Σταυρὸς γάρ ἐστι τὸ βάπτισμα· ὅπερ οὖν ὁ σταυρὸς τοῦ Χριστοῦ καὶ ὁ τάφος, τοῦτο ἡμῖν γέγονεν τὸ βάπτισμα, εἰ καὶ μὴ ἐπὶ τῶν αὐτῶν. Αὐτὸς μὲν γὰρ σαρκὶ ἀπέθανεν καὶ ἐτάφη, ἡμεῖς δὲ ἁμαρτίᾳ ἀμφότερα. Διὰ τοῦτο οὐδὲ, σύμφυτοι γεγόναμεν τοῦ θανάτου, εἶπεν, ἀλλὰ *τῷ ὁμοιώματι τοῦ θανάτου*· θάνατος μὲν γὰρ καὶ τοῦτο κἀκεῖνο, ἀλλ' οὐχὶ τοῦ αὐτοῦ ὑποκειμένου· ἀλλ' ὁ μὲν σαρκὸς, ὁ τοῦ Χριστοῦ· ὁ δὲ ἁμαρτίας, ὁ ἡμέτερος.

« Ὅτι ὁ παλαιὸς ἡμῶν ἄνθρωπος συνεσταυρώθη. »

Οὐκ εἶπεν, ἐσταύρωται, ἀλλὰ, *συνεσταύρωται*, ἐγγὺς φέρων τὸ βάπτισμα τοῦ θανάτου.

« Ἵνα καταργηθῇ τὸ σῶμα τῆς ἁμαρτίας. »

Σῶμα ἁμαρτίας τὴν πονηρίαν πᾶσαν καλεῖ· ὥσπερ γὰρ ἄνθρωπον παλαιὸν λέγει τὴν ὁλόκληρον κακίαν, οὕτω καὶ σῶμα τοῦ ἀνθρώπου ἐκείνου, τὴν ἀπὸ διαφόρων μερῶν πονηρίας συγκειμένην κακίαν.

« Τοῦ μηκέτι δουλεύειν ἡμᾶς τῇ ἁμαρτίᾳ. Ὁ γὰρ ἀποθανὼν δεδικαίωται ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας. »

Ταύτῃ, φησὶν, αὐτὸ εἶναι βούλομαι νεκρὸν, οὐχ ὥστε ἀφανισθῆναι καὶ ἀποθανεῖν, ἀλλ' ὥστε μὴ ἁμαρτάνειν. Ὅτι ὥσπερ ὁ ἀποθανὼν ἀπήλλακται τοῦ ἁμαρτάνειν, νεκρὸς κείμενος, οὕτω καὶ τὸν ἀναβάντα ἄγει ἀπὸ τοῦ βαπτίσματος. Ἐπειδὴ ἅπαξ ἀπέθανεν ἐκεῖ, νεκρὸν δεῖ μένειν διὰ παντὸς τῇ ἁμαρτίᾳ.

« Εἰ δὲ ἀπεθάνομεν σὺν Χριστῷ, πιστεύομεν ὅτι καὶ συζήσομεν αὐτῷ, εἰδότες ὅτι Χριστὸς ἐγερθεὶς ἐκ νεκρῶν οὐκέτι ἀποθνήσκει. »

Τὸν στέφανον ἐπάγει ταχέως τῶν ἀγώνων· μέγιστον δὲ καὶ πρὸ τοῦ στεφάνου ἡμῖν ἀγαθὸν γίνεται, τὸ κοινωνῆσαι τῷ Δεσπότῃ.

« Θάνατος αὐτοῦ οὐκέτι κυριεύει. Ὃ γὰρ ἀπέθανεν τῇ ἁμαρτίᾳ, ἀπέθανεν ἐφάπαξ. »

Τουτέστιν, οὐδὲ ἐκείνῳ ὑπεύθυνος ἦν τῷ θανάτῳ· ἀλλὰ διὰ τὴν ἁμαρτίαν τὴν ἡμετέραν ἀπέθανεν, ἵνα αὐτὴν ἀνέλῃ, καὶ ἐκκόψῃ τὰ νεῦρα αὐτῆς καὶ τὴν δύναμιν ἅπασαν.

« Ὃ δὲ ζῇ, ζῇ τῷ Θεῷ. »

Τουτέστιν ἀκαταλύτως, ὥστε μηκέτι κρατεῖσθαι

ὑπὸ τοῦ θανάτου· εἰ γὰρ καὶ τὸν πρότερον θάνατον οὐχ ὑπεύθυνος ὢν ἀπέθανεν, ἀλλὰ διὰ τὴν ἑτέρων ἁμαρτίαν, πολὺ μᾶλλον νῦν οὐκ ἀποθανεῖται καταλύσας αὐτήν.

A mors in eum amplius dominatum non habeat. Si enim priorem mortem obiit, cum huic minime esset obnoxius, sed propter peccatum aliorum : a fortiori deinceps ipse non morietur, per quem dissoluta fuit mors.

« Οὕτως καὶ ὑμεῖς λογίζεσθε ἑαυτοὺς εἶναι, νεκροὺς μὲν τῇ ἁμαρτίᾳ, ζῶντας δὲ τῷ Θεῷ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν. Μὴ οὖν βασιλευέτω ἡ ἁμαρτία. »

VERS. 11-12. « Ita et vos existimate, vos mortuos quidem esse peccato, viventes autem Deo in Christo Jesu Domino nostro. Ne igitur regnet peccatum. »

Ἐπειδὴ περὶ τῆς τοῦ Χριστοῦ ζωῆς διελέχθη, ἵνα μή τις λέγῃ, Τί οὖν πρὸς ἡμᾶς τὸ εἰρημένον; τὰ τοιαῦτα ἐπάγει λέγων· Εἰ νεκροὺς ὄντας ἀνέστησεν, πολλῷ μᾶλλον ζῶντας κατασχεῖν δυνήσεται.

Quoniam de vita Christi sermonem habuit, ne quis diceret : Quid vero istæc ad nos? hæc subjungit : Si cum mortui essemus, ille nos suscitavit; multo magis viventes in vita conservare poterit.

Οὐκ εἶπεν, τυραννείτω, ὅπερ ἀνάγκη ἦν ἀλλὰ *μὴ βασιλευέτω*, ὅπερ ἐστὶ προαιρέσεως. B

Non dixit, tyrannidem non exerceat; id quod necessitatem significaret : sed *non regnet*, quod voluntatem innuit.

« Ἐν τῷ θνητῷ ἡμῶν σώματι, εἰς τὸ ὑπακούειν ταῖς ἐπιθυμίαις αὐτοῦ· μηδὲ παριστάνετε τὰ μέλη ὑμῶν ὅπλα ἀδικίας τῇ ἁμαρτίᾳ· ἀλλὰ παραστήσατε ἑαυτοὺς τῷ Θεῷ, ὡσεὶ ἐκ νεκρῶν ζῶντας, καὶ τὰ μέλη ὑμῶν ὅπλα δικαιοσύνης τῷ Θεῷ. Ἁμαρτία γὰρ ὑμῶν οὐ κυριεύσῃ. »

« In vestro mortali corpore; ut obediatis concupiscentiis ejus. [VERS. 13-14.] Neque exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato : sed exhibete vos ipsos Deo tanquam ex mortuis viventes, et membra vestra, arma justitiæ Deo. Peccatum enim in vobis non dominabitur. »

Τὸ σῶμα ἡμῶν πρὸ τῆς Χριστοῦ παρουσίας εὐχείρωτον ἦν τῇ ἁμαρτίᾳ. Οὔτε γὰρ Πνεῦμα παρῆν τὸ βοηθοῦν, οὔτε βάπτισμά τὸ νεκρῶσαι δυνάμενον τὴν ἁμαρτίαν. Ἐπειδὴ δὲ Χριστὸς παραγέγονεν, καὶ βάπτισμα ἐλάβομεν, καὶ τὸ Πνεῦμα διὰ βαπτίσματος, γέγονεν ἡμῖν εὐχειρῆ τὰ παλαίσματα.

Corpus nostrum ante Christi adventum facili negotio a peccato superabatur. Non enim Spiritus aderat, qui suppetias ferret; non baptisma quod illud quiret enecare. Ubi vero gratia affulsit, et baptisma suscepimus, ac per baptisma Spiritum, certamina deinceps levia et facilia exstiterunt.

« Οὐ γάρ ἐστε ὑπὸ νόμον, ἀλλ' ὑπὸ χάριν· τί οὖν, ἁμαρτήσομεν, ὅτι οὐκ ἐσμὲν ὑπὸ νόμον, ἀλλὰ ὑπὸ χάριν; Μὴ γένοιτο! » C

« Non enim estis sub lege, sed sub gratia. [VERS. 15.] Quid ergo? Peccabimus quoniam non sumus sub lege, sed sub gratia? Absit! »

Τοῦτο δείκνυσι προσκαίρους ὄντας τοὺς ἀγῶνας.

22 His verbis ostendit temporarios agones esse.

« Οὐκ οἴδατε, ὅτι ᾧ παριστάνετε ἑαυτοὺς δούλους εἰς ὑπακοήν, δοῦλοί ἐστε ᾧ ὑπακούετε, ἤτοι ἁμαρτίας εἰς θάνατον, ἢ ὑπακοῆς εἰς δικαιοσύνην; »

VERS. 16. « Nescitis quoniam cui exhibuistis vos servos ad obediendum, servi estis ejus cui obeditis, sive peccati ad mortem, sive obeditionis ad justitiam? »

Ἀντίθεσιν θεὶς τὴν λέγουσαν, *Τί οὖν; ἁμαρτήσομεν;* καὶ πρώτην αὐτὴν λύσιν ἐπαγαγών, τὴν ἐξ ἀπαγορεύσεως, *μὴ γένοιτο* εἰπών, ἐπάγει καὶ τὴν δευτέραν ἀπὸ τοῦ ἐχθροῦ, τρίτην τὴν ἀπὸ τῆς κολάσεως· ἡ δὲ ἀπὸ τοῦ ἐχθροῦ αὕτη ἐστίν· *Οὐκ οἴδατε, ὅτι ᾧ παριστάνετε ἑαυτοὺς δούλους εἰς ὑπακοήν, δοῦλοί ἐστε ᾧ ὑπακούετε;* Ὅμοιον ὡσεὶ λέγοι· Οὔπω λέγω τὴν γέενναν, οὐδὲ τὴν πολλὴν ἐκείνην κόλασιν, ἀλλὰ τὴν ἐνταῦθα αἰσχύνην, ὅταν δοῦλοι γένησθε, καὶ ἑκόντες δοῦλοι, καὶ ἁμαρτίᾳ δοῦλοι, καὶ ἐπὶ τῷ τοιούτῳ μισθῷ ὥστε πάλιν ἀποθανεῖν. Εἰ γὰρ πρὸ τοῦ βαπτίσματος θάνατον εἰργάσατο σωματικὸν, καὶ τοσαύτης ἐδεήθη τῆς θεραπείας τὸ ἕλκος, ὥστε τὸν Δεσπότην ἁπάντων εἰς θάνατον κατελθεῖν, καὶ οὕτω λῦσαι τὸ κακὸν, μετὰ τὴν τοσαύτην δωρεὰν καὶ ἐλευθερίαν λαμβάνουσά σε ἑκόντα αὐτὴν [z] πάλιν κλινόμενον, τί οὐκ ἐργάσηται;

Cum hoc sibi objecisset, *Quid ergo? peccabimus?* idque primum pernegando solvisset, dicens, *Absit!* solutionem alteram subjungit, quam sumit ab hoste : tertiam denique, a supplicio. Quæ porro ab hoste sumitur, hæc est : *Nescitis, quoniam cui exhibuistis vos servos ad obediendum, servi estis ejus cui obedi-* D *tis?* Quasi diceret : Nondum gehennam commemoro, non ingens illud supplicium, sed potius hoc præsens dedecus, quod servi facti estis, quod servi voluntarii, quodque servi peccati; atque insuper ea mercede, ut denuo vobis moriendum sit. Nam si ante baptismum mortem induxit corporalem, tantaque vulnus curatione opus habuit, ut universorum Dominus ad mortem descendendo, malum tandem deleret : quid non peccatum efficiet, si post tantum illud donum datamque libertatem, te voluntarium sponteque sibi cervices inclinantem ceperit?

VARIÆ LECTIONES.

[z] Lego εἰς αὐτήν. Apud Chrysost. αὖτη πάλιν.

Vers. 17. « Gratia autem Deo quod fuistis servi peccati. »

Ipsis denuo in memoriam revocat munera et beneficia, quodque ex ingentibus sunt malis erepti; idque non propriis ipsorum laboribus, sed gratia Dei.

« Obedistis autem ex corde, in quam traditi estis formam doctrinæ. »

Quod ait, *ex corde*, liberum indicat arbitrium. Quod rursum, *traditi estis*, concessum a Deo auxilium innuit.

Vers. 18. « Liberati autem a peccato, servi facti estis justitiæ. »

Duo hoc loci Dei dona monstrantur; puta liberari a peccato, et servire justitiæ, quod omni libertate est præstabilius.

Vers. 19. « Humanum dico, propter infirmitatem carnis vestræ. Sicut enim exhibuistis membra vestra servire immunditiæ, et iniquitati ad iniquitatem. »

Cum accuratam vivendi normam exegerit, ita ut mortuos eos esse præciperet; ut ostendat, nihil se supra modum postulare, sed quod æquum modestumque sit ac leve, id a contrario astruit his verbis, *humanum dico*. Ac si dicat, hoc evinco ex iis quæ vulgo contingunt.

« Ita nunc exhibete membra vestra servire justitiæ in sanctificationem. [Vers. 20.] Cum enim servi essetis peccati, liberi eratis justitiæ. »

Quando in nequitia et impietate vitam tolerabatis, tam stricta obedientia vivebatis, ut nihil penitus boni ageretis. Hoc enim verba ista significant, *liberi eratis justitiæ*. Nunc ergo etiam quia ad justitiam transiistis, vos ex toto dedite virtuti, nihil prorsus facientes mali.

Vers. 21. « Quem ergo fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis? »

Ejusmodi, inquit, ista servitus fuit, ut etiamnum memoria illius vobis pudorem afferat. Si autem pudefacit memoria, multo magis actio.

23 Duplici damno, ait, tunc afficiebamini, ut digna pudoris ageretis, nec pudefieri nossetis.

« Nam finis illorum mors est. [Vers. 22.] Nunc vero liberati a peccato, servi autem facti Deo. »

Quoniam probrum res haud valde gravis videtur esse, ad id pergit quod admodum terribile est, mortem nominans.

« Habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem vero vitam æternam. »

Videsis quomodo alia quidem jam ostendat concessa, alia vero in spe proposita, horumque fidem facit ex iis quæ concessa erant; vitæ nimirum per sanctificationem.

Vers. 23. « Stipendia enim peccati mors. Gratia autem Dei vita æterna, in Christo Jesu Domino nostro. »

Cum armorum antehac meminerit, et regni, huic hæret metaphoræ: tametsi vero dicit, *stipendia*,

« Χάρις δὲ τῷ Θεῷ, ὅτι ἦτε δοῦλοι τῆς ἁμαρτίας. »

Ἀναμιμνήσκει πάλιν τῶν εὐεργεσιῶν, ὅτι τε μεγάλων ἀπηλλάγησαν κακῶν· καὶ οὐκ ἐξ οἰκείων πόνων, ἀλλ' ἐκ χάριτος Θεοῦ.

« Ὑπηκούσατε δὲ ἐκ καρδίας, εἰς ὃν παρεδόθητε τύπον διδαχῆς. »

Τὸ μὲν, *ἐκ καρδίας*, τὸ αὐτεξούσιον δηλοῖ· τὸ *παρεδόθητε*, τὴν παρὰ τοῦ Θεοῦ βοήθειαν αἰνίττεται.

« Ἐλευθερωθέντες δὲ ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας, ἐδουλώθητε τῇ δικαιοσύνῃ. »

Δύο ἐνταῦθα δείκνυνται τοῦ Θεοῦ δωρεαὶ, τό τε ἁμαρτίας ἐλευθερῶσαι, καὶ τὸ δουλῶσαι τῇ δικαιοσύνῃ, ὅπερ ἐλευθερίας ἁπάσης ἄμεινόν ἐστι.

« Ἀνθρώπινον λέγω, διὰ τὴν ἀσθένειαν τῆς σαρκὸς ὑμῶν. Ὥσπερ γὰρ παρεστήσατε τὰ μέλη ὑμῶν δοῦλα τῇ ἀκαθαρσίᾳ, καὶ τῇ ἀνομίᾳ εἰς τὴν ἀνομίαν. »

Ἐπειδὴ πολλὴν ἀπῄτησεν ἀκρίβειαν βίου, νεκροὺς εἶναι κελεύων, δεῖξαι βουλόμενος, ὅτι οὐδὲν ὑπέρογκον ἀπαιτεῖ, ἀλλὰ καὶ σφόδρα σύμμετρον καὶ κοῦφον, ὡς τῶν ἐναντίων αὐτὸ κατασκευάζει λέγων, *ἀνθρώπινον λέγω*, ὡσανεὶ ἔλεγεν, ἀπὸ τῶν ἐν συνηθείᾳ γινομένων.

« Οὕτω νῦν παραστήσατε τὰ μέλη ὑμῶν δοῦλα τῇ δικαιοσύνῃ εἰς ἁγιασμόν· ὅτε γὰρ δοῦλοι ἦτε τῆς ἁμαρτίας, ἐλεύθεροι ἦτε τῇ δικαιοσύνῃ. »

Ὅτε ἐν πονηρίᾳ ἔζητε καὶ ἀσεβείᾳ, μετὰ τοσαύτης ἔζητε ὑπακοῆς, ὡς μηδὲν καθόλου πράττειν καλόν· τοῦτο γάρ ἐστι τὸ, *ἐλεύθεροι ἦτε τῇ δικαιοσύνῃ*. Οὐκοῦν καὶ νῦν, ἐπειδὴ μετέστητε πρὸς τὴν δικαιοσύνην, ὅλους ἑαυτοὺς ἐκδότε τῇ ἀρετῇ, μηδὲν καθόλου τῆς κακίας πράττοντες.

« Τίνα οὖν καρπὸν ἔχετε τότε, ἐφ' οἷς νῦν ἐπαισχύνεσθε; »

Τοιαύτη ἦν ἡ δουλεία, φησὶ, ὡς καὶ τὴν μνήμην αὐτῆς νῦν αἰσχύνην φέρειν. Εἰ δὲ ἡ μνήμη καταισχύνει, πολλῷ μᾶλλον ἡ πρᾶξις.

Διπλῆ τότε παρεβλάπτεσθε, φησὶν, καὶ αἰσχύνης ἄξια πράττοντες, καὶ οὐκ εἰδότες αἰσχύνεσθαι.

« Τὸ γὰρ τέλος ἐκείνων θάνατος· νῦν δὲ ἐλευθερωθέντες ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας, δουλωθέντες δὲ τῷ Θεῷ. »

Ἐπειδὴ ἡ αἰσχύνη οὐ σφόδρα δοκεῖ φορτικὸν εἶναι, ἐπὶ τὸ πάνυ φοβερὸν ἔρχεται, τὸν θάνατον λέγων.

« Ἔχετε τὸν καρπὸν ὑμῶν εἰς ἁγιασμόν· τὸ δὲ τέλος ζωὴν αἰώνιον. »

Ὅρα πῶς τὰ μὲν δείκνυσιν ἤδη δεδομένα, τὰ δὲ ἐν ἐλπίσιν ὄντα. Καὶ ἀπὸ τῶν δεδομένων ἐκεῖνα πιστοῦται, ἀπὸ τοῦ ἁγιασμοῦ τὴν ζωήν.

« Τὰ γὰρ ὀψώνια τῆς ἁμαρτίας θάνατος· τὸ δὲ χάρισμα τοῦ Θεοῦ ζωὴ αἰώνιος, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν

Ἐπειδὴ ὅπλων ἐμνημόνευσεν καὶ βασιλείας, ἐπιμένει τῇ μεταφορᾷ· εἰπὼν δὲ ὀψώνια ἐπὶ τῆς

ἁμαρτίας, οὐ τὴν αὐτὴν ἐτήρησεν τάξιν ἐπὶ τὸν Χριστὸν, οὐδ' εἶπεν ὁ μισθὸς τῶν κατορθωμάτων, ἀλλὰ τὸ χάρισμα τοῦ Θεοῦ, δεικνὺς ὅτι οὐκ οἴκοθεν ἀπηλλάγησαν, οὐκ ὀφειλὴν ἀπέλαβον, ἀλλὰ χάριτι πάντα ταῦτα ἐγίνετο.

A dum de peccato loquitur, non eumdem tamen servat ordinem ubi de Christo verba facit : nec ait, recte factorum merces, sed *gratia Dei* : ut palam faciat, non a seipsis eos reconciliationem obtinuisse, ceu debitum quoddam accepissent, sed per gratiam cuncta hæc esse præstita.

ΚΕΦΑΛ. Ζ'.

« Ἢ ἀγνοεῖτε ἀδελφοί (γινώσκουσι γὰρ νόμον λαλῶ);

Καταλύσας τὸν ἠθικὸν λόγον ἐπὶ τὰ δογματικὰ μεταβαίνει, δεικνὺς ὅτι οὐ μόνον ἁμαρτία αὐτῶν οὐ κυριεύει, ἀλλ' οὐδὲ νόμος· εἰ δὲ νόμος οὐ κυριεύει, πολλῷ μᾶλλον ἁμαρτία· κατασκευάζει δὲ αὐτὸ ἀπὸ παραδείγματος· ἄρχεται δὲ ἐξ ἐγκωμίων, τῶν ἀκροατῶν καταγλυκαίνων τὴν ἀκοήν.

« Ὅτι ὁ νόμος κυριεύει τοῦ ἀνθρώπου ἐφ' ὅσον χρόνον ζῇ· ἡ γὰρ ὕπανδρος γυνὴ τῷ ζῶντι ἀνδρὶ δέδεται νόμῳ. Ἐὰν δὲ ἀποθάνῃ ὁ ἀνὴρ, καταργεῖται ἀπὸ τοῦ νόμου τοῦ ἀνδρός. Ἄρα οὖν ζῶντος τοῦ ἀνδρὸς, μοιχαλὶς χρηματίσει, ἐὰν γένηται ἀνδρὶ ἑτέρῳ. Ἐὰν δὲ ἀποθάνῃ ὁ ἀνὴρ, ἐλευθέρα ἐστὶν ἀπὸ τοῦ νόμου, τοῦ μὴ εἶναι αὐτὴν μοιχαλίδα, γενομένην ἀνδρὶ ἑτέρῳ. Ὥστε καὶ ὑμεῖς, ἀδελφοί μου, ἐθανατώθητε τῷ νόμῳ διὰ τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ, εἰς τὸ γενέσθαι ὑμᾶς ἀνδρὶ ἑτέρῳ τῷ ἐκ νεκρῶν ἐγερθέντι. »

Τοῖς ζῶσι, φησὶν, ὁ νόμος κεῖται, τοῖς δὲ τεθνηκόσι οὐκέτι διατάττει. Εἰ δὲ τεθνήκατε καὶ ὑμεῖς, συνταφέντες τῷ Χριστῷ διὰ τοῦ βαπτίσματος, οὐκέτι κυριεύει ὑμῶν ὁ νόμος. Ὅρα δὲ σύνεσιν τοῦ Παύλου· πῶς ἐν μὲν παραδείγματι τὸν νόμον δείκνυσι τετελευτηκότα, λέγων· *Ἐὰν δὲ ἀποθάνῃ ὁ ἀνήρ.* Ἐν δὲ τῇ ἐπαγωγῇ οὐκέτι τοῦτο ποιεῖ· τὸ γὰρ ἀκόλουθον ἦν εἰπεῖν· Ὥστε, ἀδελφοὶ, καὶ ὑμεῖς τοῦ νόμου τελευτήσαντος οὐ κρίνεσθε μοιχείας ἀνδρὶ γενόμενοι ἑτέρῳ· ἀλλ' οὐκ εἶπεν οὕτως τοῦτο, ἀλλ' *ἐθανατώθητε τῷ νόμῳ*, ἵνα μὴ ὡς ἐχθροὺς ὑποπτεύητε κατὰ τοῦ νόμου βλασφημεῖν. Ὅρα δὲ καὶ πάλιν ὑπερβολὴν κατασκευῆς. Δείκνυσι γὰρ αὐτὸν τὸν νόμον [a] τοῦτο βουλόμενον, τὸ ἀποστῆναι αὐτοῦ καὶ γίνεσθαι ἀνδρὶ ἑτέρῳ· οὐ γὰρ κωλύει, φησὶν, ἑτέρῳ συνεῖναι τελευτήσαντος τοῦ προτέρου. Ὅμοιον δὲ ὡς εἰ λέγοι· Αὐτὸς ὁ νόμος ἀπαλλάττει τῶν ἐγκλημάτων ἡμᾶς ἀποστάντας αὐτοῦ, καὶ αὐτοῦ βούλημα τοῦ νόμου, τὸ γενέσθαι ἡμᾶς τοῦ Χριστοῦ.

« Ἵνα καρποφορήσωμεν τῷ Θεῷ. Ὅτε γὰρ ἦμεν ἐν τῇ σαρκί. »

Ἀπὸ τοῦ χρείττονος τὴν προτροπὴν ἐργάζεται. Τότε γὰρ, φησὶν, ἐκαρποφορεῖτε τῷ θανάτῳ· νυνὶ δὲ τῷ Θεῷ. »

« Τὰ παθήματα τῶν ἁμαρτιῶν τὰ διὰ τοῦ νόμου, ἐνεργεῖτο ἐν τοῖς μέλεσιν ὑμῶν, εἰς τὸ καρποφορῆσαι τῷ θανάτῳ. Νυνὶ δὲ κατηργήθημεν ὑπὸ τοῦ νόμου. »

CAP. VII.

Vers. 1. « An ignoratis, fratres (scientibus enim legem loquor)? »

Absoluto sermone quem de moribus instituerat, ad ea pergit quæ doctrinam spectant, ostenditque, nedum peccatum eis amplius non dominari, sed nec legem ipsam. Si autem lex non dominatur, a fortiori neque peccatum. Id porro probat exemplo. B Cæterum a laudibus auditorum orditur, quibus aures ipsorum demulceat.

« Quia lex in homine dominatur quanto tempore vivit. [Vers. 2-4.] Nam quæ sub viro est mulier, viventi viro alligata est lege : si autem mortuus fuerit vir ejus, soluta est a lege viri. Igitur, vivente viro, vocabitur adultera, si fuerit cum alio viro : si autem mortuus fuerit vir ejus, liberata est a lege, ut non sit adultera, si fuerit cum alio viro. Itaque, fratres mei, et vos mortificati estis legi per corpus Christi, ut sitis alterius, qui ex mortuis resurrexit. »

Illis qui vivunt, inquit, posita lex est : mortuis vero nihil ultra præscribit. Porro si mortui estis, C proinde, quando una cum Christo sepulti fuistis per baptismum, vestri deinceps mors non dominatur. Observes velim Pauli prudentiam : quomodo quidem legem mortuam comprobat exemplo, cum ait, *Si autem mortuus fuerit vir ejus.* In conclusione vero id non facit. Ex consecutione siquidem ei dicendum erat : Itaque, fratres, vos quoque, lege mortua, adulterii nequaquam damnamini, si sitis cum alio viro. Non ita rem enuntiavit; sed, *mortificati estis legi* : ne nos legi tanquam illius hostes detrahere suspicemini. Rursum vero videsis quam eximie confirmet id quod ipsi propositum erat. Ostendit enim legem ipsam hoc velle, eo quod ab ea discedatur, et ad virum alterum transeatur. Nam D defuncto priore, inquit, nihil vetat quin cum altero fiat conjugium. Velut **24** si diceret : Lex ipsa nos crimine eximit, cum ab ea discedimus; quin et ipsius hæc voluntas est, uti deinceps Christi simus.

« Ut fructificemus Deo. [Vers. 5.] Cum enim essemus in carne. »

A potioribus eos adhortatur. Tunc enim morti fructum ferebatis, inquit; nunc autem Deo.

« Passiones peccatorum, quæ per legem erant, operabantur in membris nostris, ut fructificarent morti. [Vers. 6.] Nunc autem soluti sumus a lege. »

VARIÆ LECTIONES.

[a] Vocem hanc addo necessariam, ex Chrysostomo.

Non ait, passiones peccatorum quæ ex lege natæ sunt, sed quæ per legem : nec etiam hic adjecit, natæ, seu factæ sunt ; sed absolute et simpliciter posuit *per legem*, hoc est, quæ per legem innotuere et manifestatæ sunt. Ne vero carnem insimularet, non dixit, quas membra operantur, sed *in membris nostris operabantur* : ut nimirum declararet, aliunde nequitiam ortum habere, puta ex actuosis cogitationibus, non a membris quæ moventur et aguntur. Non autem negat legem fuisse causam peccatorum, nec ejus gravitatem elevat. Ea quippe severi accusatoris vices gessit peccata denudando. Quisquis enim illi qui obsequi nolit plura injungat, delictum ejus amplificat.

A Οὐκ εἶπεν, τὰ παθήματα τῶν ἁμαρτημάτων, τὰ ὑπὸ τοῦ νόμου γινόμενα, ἀλλὰ τὰ διὰ τοῦ νόμου. Καὶ οὐ προσέθηκεν, γινόμενα, ἀλλὰ ἁπλῶς, *διὰ τοῦ νόμου* · τουτέστι, διὰ τοῦ νόμου φαινόμενα. Ἵνα δὲ μηδὲ τῆς σαρκὸς κατήγορος ᾖ, οὐκ εἶπεν, ἃ ἐνεργεῖ τὰ μέλη · ἀλλ' *ἐνεργεῖτο ἐν τοῖς μέλεσιν ἡμῶν*· δεικνὺς ἐτέρωθεν οὖσαν τὴν ἀρχὴν τῆς πονηρίας ἀπὸ τῶν ἐνεργούντων λογισμῶν, οὐκ ἀπὸ τῶν ἐνεργουμένων μελῶν · οὔτε δὲ τὸ αἴτιον εἶναί φησιν ἁμαρτημάτων τὸν νόμον, οὔτε ἀπαλλάττειν [b] αὐτὸν ἀπεχθείας· κατηγόρου γὰρ τάξιν ἐπεῖχεν πικροῦ, ἀπογυμνῶν τὰ ἁμαρτήματα. Ὁ γὰρ τῷ μηδὲν πείθεσθαι βουλομένῳ πλείονα ἐπιτάττων, πλεονάζει τὸ παράπτωμα.

« Mortui, in quo detinebamur. »

Hoc est, sub peccato. Nimirum, quia vetus homo qui in eo detinebatur, mortuus est et sepultus.

B « Ἀποθανόντες ἐν ᾧ κατειχόμεθα. »

Τουτέστι τῇ ἁμαρτίᾳ τοῦ παλαιοῦ ἀνθρώπου τοῦ κατεχομένου ἐν αὐτῇ, ἀποθανόντος καὶ ταφέντος.

« Ut serviamus in novitate spiritus, et non in vetustate litteræ. »

« Ὥστε δουλεύειν ἡμᾶς ἐν καινότητι πνεύματος, καὶ οὐ παλαιότητι γράμματος. »

Littera jam, inquit, qua condemnemur (lex utique illa vetus) superstes non est, sed spiritus adjuvans.

Οὐκ ἔστιν μὲν γράμμα ἔτι τὸ καταδικάζον, φησὶν, τουτέστιν ὁ νόμος ὁ παλαιὸς, ἀλλὰ πνεῦμα βοηθοῦν.

Vers. 7. « Quid ergo dicemus? lex peccatum est? Absit! »

« Τί οὖν ἐροῦμεν ; ὁ νόμος ἁμαρτία ; Μὴ γένοιτο !

Quia multa contra legem dixisse videbatur, puta quod passiones peccatorum per legem operabantur in membris nostris ; quod peccatum vestri non dominabitur : *Non enim estis sub lege.* Et iterum : *Ubi non est lex, illic nec transgressio.* Et rursum : *Lex autem subintravit, ut abundaret delictum ;* demum : C *Lex iram operatur.* Quia, inquam, ista legi crimen inferre videbantur, ut suspicionem corrigeret, quæ inde nasci poterat, hoc sibi objicit et ait : *Quid igitur, lex peccatum est?*

Ἐπειδὴ πολλὰ ἔδοξεν κατὰ τοῦ νόμου λέγειν, τὰ παθήματα τῶν ἁμαρτιῶν διὰ τοῦ νόμου ἐνεργεῖτο ἐν τοῖς μέλεσιν ἡμῶν · καὶ ἁμαρτία ὑμῶν οὐ κυριεύσει· *Οὐ γάρ ἐστε ὑπὸ νόμον.* Καὶ πάλιν, *Οὗ γάρ οὐκ ἔστι νόμος, οὐδὲ παράβασις.* Καὶ πάλιν, *Νόμος δὲ παρεισῆλθεν, ἵνα πλεονάσῃ τὸ παράπτωμα.* Καὶ πάλιν, *Ὁ νόμος ὀργὴν κατεργάζεται.* Ἐπειδὴ ταῦτα πάντα ἐδόκει διαβολὴν φέρειν τῷ νόμῳ, ὡς διορθούμενος τὴν ἐκ τούτων ὑπόνοιαν, ἀντιτίθησι καὶ φησιν · *Τί οὖν ; ὁ νόμος ἁμαρτία ;*

Absit! Antequam id probet, rem negat prorsus, ut et sibi conciliet auditorem, et offensum demulceat.

Μὴ γένοιτο ! Πρὸ τῆς κατασκευῆς ἀπηγόρευσεν, τὸν ἀκροατὴν οἰκειούμενος, καὶ σκανδαλιζόμενον θεραπεύων.

« Sed peccatum non cognovi nisi per legem. Nam concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret : Non concupisces. »

« Ἀλλὰ τὴν ἁμαρτίαν οὐκ ἔγνων, εἰ μὴ διὰ νόμου · τήν τε γὰρ ἐπιθυμίαν οὐκ ἤδειν, εἰ μὴ ὁ νόμος ἔλεγεν. Οὐκ ἐπιθυμήσεις. »

Quod adversus legem vehementius hactenus egisse videatur, nihil est cur mireris. Paulus siquidem illud urget quod sibi incumbit. Quid porro istud esset, audias velim. Judæi obstinato animo gratiæ repugnabant, cui legem anteferrent, D et hujus causa illi obtrectabant. Quamobrem Paulus sibi proposuerat demonstrandum, quod plane verum erat, legem quidem nullatenus valere ad delendum peccatum, quin et illud per eam duriorem 25 tyrannidem exercere; cum gratia illud seipsa abstergeret : subindeque dimissa lege accedendum esse ad gratiam. Is cum esset ipsius finis, videsis quam subtiliter et quam accurate id totum astruat. Ait enim, *Peccatum non cognovi, nisi per legem.* Peccatum autem dicit vigentissimum ; quippe quod ante legem erat. Et rursum : *Concupiscentiam*

Εἰ καὶ σφοδρότερον κεχρῆσθαι δοκεῖ κατὰ τοῦ νόμου, μὴ θαυμάσῃς· πρὸς γὰρ τὸ κατεπεῖγον ὁ Παῦλος ἐνίσταται. Τί δὲ ἦν κατεπεῖγον, ἄκουε· Ἰουδαῖοι σφόδρα ἐφιλονείκουν τῇ χάριτι, τὸν νόμον προκρίνοντες αὐτῆς, καὶ δι' ἐκεῖνον εἰς αὐτὴν ἐνύβριζον · σκοπὸς οὖν τῷ Παύλῳ δεῖξαι, ὥσπερ καὶ ἀληθὲς, τὸν μὲν νόμον μηδαμῶς δυνηθέντα τῶν ἀνθρώπων ἀφανίσαι τὴν ἁμαρτίαν · ἀλλὰ δι' αὐτοῦ μάλιστα τυραννοῦσαν αὐτήν · τὴν δὲ χάριν δι' ἑαυτῆς ἐξαλείψασαν, ἵνα τὸν μὲν νόμον ἀφῶσιν, ἐπὶ δὲ τὴν χάριν ἔλθωσιν · τούτου δὲ ὄντος τοῦ σκοποῦ, ὅρα πῶς λεπτῶς αὐτὸ κατασκευάζει. *Τὴν ἁμαρτίαν γὰρ οὐκ ἔγνων*, φησὶν, *εἰ μὴ διὰ νόμου* · ἁμαρτίαν δὲ τὴν ἐπιτεταμένην φησὶν, ἐπεὶ καὶ πρὸ νόμου ἦν. Καὶ πάλιν, *Τὴν ἐπιθυμίαν οὐκ ἤδειν, εἰ μὴ ὁ νόμος ἔλεγεν· Οὐκ ἐπιθυμήσεις.* Πάλιν τὴν ἐπι-

VARIÆ LECTIONES.

[b] Fort. ἀπαλλάττει.

τσταμένην λέγων ἐπιθυμίαν καὶ σφόδρα. Οὐδὲ γὰρ διὰ τοῦτο δέδοται νόμος, ἵνα ἀνάψῃ τὴν ἐπιθυμίαν, ἀλλ' ἵνα κατασβέσῃ, εἰ καὶ εἰς τοὐναντίον ἐξέβη. Τὸ δὲ αἴτιον, τὸ βασιλεύειν ἦν τὴν ἁμαρτίαν, καὶ μὴ δύνασθαι τὸν νόμον κρατεῖν αὐτῆς. Τοῦτο δὲ ἐποίησεν ἡ χάρις· καὶ γὰρ κατέλυσεν αὐτὴν, καὶ Πνεύματος ἡμᾶς ἐνέπλησεν θείου, ὥστε εὐχερῶς αὐτῆς περιγενέσθαι.

A *nesciebam, nisi lex diceret : Non concupisces.* Ubi etiam intentam annuit vehementemque cupiditatem. Neque vero idcirco data fuit lex, uti cupiditatem accenderet, sed magis ut exstingueret. Quanquam res in contrarium versa est. Atqui hujus causa erat, quod peccatum regnaret; quia eas vires lex non habuit, quibus peccatum subigeret. Id autem gratia patravit : nam et illud dissolvit prorsus ac delevit, nosque divino Spiritu implevit, ut ex facili illo superiores evaderemus.

« Ἀφορμὴν δὲ λαβοῦσα ἡ ἁμαρτία διὰ τῆς ἐντολῆς, κατειργάσατο ἐν ἐμοὶ πᾶσαν ἐπιθυμίαν. »

Vers. 8. « Occasione autem accepta, peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam. »

Ἐπειδὴ κρατί c· ἐπειδὴ οὔπω ἦν χάρις, δι' ἧς καὶ ἀναιρεῖται.

Peccatum autem dominabatur, quia gratia non erat, per quam destrueretur.

« Χωρὶς γὰρ νόμου ἁμαρτία νεκρά. »

B « Sine lege enim peccatum mortuum est. »

Τουτέστιν, οὐχ οὕτως γνωρίμην, οὐδὲ ἐλεγχομένην. Ἦδεσαν γὰρ καὶ οἱ πρὸ τοῦ νόμου, ὅτι ἡμάρτανον. Ἀκριβέστερον δὲ ἔμαθον μετὰ τὴν τοῦ νόμου δόσιν· διὰ τοῦτο καὶ πλείονος ἦσαν κατηγορίας ὑπεύθυνοι.

Id est, non ita cognitum, nec coargutum. Illi quippe qui ante legem exstitere, apprime noverant se peccare. Hoc vero explicatius didicerunt, postquam data ipsis fuit lex. Quamobrem et majori criminationi fuerunt obnoxii.

« Ἐγὼ δὲ ἔζων χωρὶς νόμου ποτέ. »

Vers. 9. « Ego autem vivebam sine lege aliquando. »

Ἀνατρέχει ἐπὶ τὸν τοῦ νόμου χρόνον, τὸ πάντων ἀνθρώπων ἀναλαμβάνων πρόσωπον, δεικνὺς καὶ ἐν αὐτῷ ἐκείνῳ τῷ χρόνῳ τὴν ἁμαρτίαν κρατοῦσαν. Ἓν δὲ ἐκ πάντων κατασκευάζει, τὴν πολλὴν εὐεργεσίαν τῆς χάριτος.

Ad superiora legis tempora recurrit, assumpta cunctorum hominum persona, ostenditque illo ipso tempore imperium gessisse peccatum. Ex quibus vero omnibus unum hoc comprobat, multa nobis esse per gratiam concessa dona.

« Ἐλθούσης δὲ τῆς ἐντολῆς, ἡ ἁμαρτία ἀνέζησεν· ἐγὼ δὲ ἀπέθανον. »

« Sed cum venisset mandatum, peccatum revixit. [Vers. 10.] Ego autem mortuus sum. »

Οὐ μὴ οὖσαν ἂν ὑπεστήσατο τὴν ἁμαρτίαν ἡ ἐντολή, ἀλλὰ κρυπτομένην ἔδειξεν· ὅπερ καὶ ἔπαινός ἐστι τοῦ νόμου. Εἴ γε πρὸ τούτου μὲν ἀνεπαισθήτως ἡμάρτανον, τούτου δὲ ἐλθόντος, εἰ καὶ μηδὲν ἕτερον ἐκαρποῦντο, ἀλλ' οὖν ἀκριβῶς ἐμάνθανον ὅτι ἡμάρτανον.

C Atqui lex peccatum, quod non erat, nequaquam produxit, sed abditum propalavit. Id quod quidem in laudem cedat legis : quippe cum antehac sine peccati sensu peccarent, ea autem adveniente, etsi nihil hinc aliud percipiebant, attamen certo discebant se culpam admittere.

« Καὶ εὑρέθη μοι ἡ ἐντολὴ ἡ εἰς ζωὴν, αὕτη εἰς θάνατον. »

« Et inventum est mihi mandatum, quod erat ad vitam, esse ad mortem. »

Οὐκ εἶπεν, γέγονε θάνατος, ἀλλ' *εὑρέθη*, τὸ καινὸν καὶ παράδοξον τῆς ἀτοπίας δηλῶν.

Non dicit, factum est mors, sed, *inventum*, ut declaret hoc novum esse et absonum supra quam credi possit.

« Ἡ γὰρ ἁμαρτία ἀφορμὴν λαβοῦσα τῆς ἐντολῆς ἐξηπάτησέ με, καὶ δι' αὐτῆς ἀπέκτεινεν. Ὥστε ὁ μὲν νόμος ἅγιος, καὶ ἡ ἐντολὴ ἁγία καὶ δικαία καὶ ἀγαθή· τὸ οὖν ἀγαθὸν ἐμοὶ ἐγένετο θάνατος; Μὴ γένοιτο. »

Vers. 11-13. « Nam peccatum, occasione accepta per mandatum, seduxit me, et per illud occidit. Itaque lex quidem sancta, et mandatum sanctum et justum et bonum. Quod ergo bonum est, mihi D factum est mors? Absit! »

Ὅρα πῶς πανταχοῦ τῆς ἁμαρτίας μέμνηται, τὸν νόμον ἐγκλημάτων ἀπαλλάττων καὶ κατηγορίας ἁπάσης· διὸ καὶ ἐπάγει, *Ὥστε ὁ μὲν νόμος ἅγιος.*

Videas velim, quo pacto ubique sic peccati mentionem faciat, ut legem a culpa liberet, omnique criminatione. Quocirca infert : *Itaque lex quidem sancta.*

« Ἀλλὰ ἡ ἁμαρτία, ἵνα φανῇ ἁμαρτία, διά τοῦ ἀγαθοῦ μοι κατεργαζομένη θάνατον, ἵνα γένηται καθ' ὑπερβολὴν ἁμαρτωλὸς ἡ ἁμαρτία διὰ τῆς ἐντολῆς. »

« Sed peccatum, ut appareret peccatum, per bonum mihi operatum est mortem; ut fiat supra modum peccans peccatum per mandatum. »

Ἁμαρτίαν τὸν διάβολόν φησιν, τὸν πατέρα καὶ εὑρέτην τῆς ἁμαρτίας, αὐτὸν τὸν θάνατον, ὃς διὰ μόνης τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας κατήργηται. Καὶ τοῦτο ἔμπροσθεν αὐτὸς ἐδίδαξεν, εἰπὼν τὸ, *Τίς με*

Peccatum hic diabolum nominat, patrem utique et inventorem peccati, ipsamque mortem, quæ solo adventu Christi deleta fuit. Idque deinceps **26** ipse docuit, ubi postquam dixit : *Quis liberabit me de*

VARIÆ LECTIONES.

c Forte legendum ἡ δὲ ἐκράτει.

corpore mortis hujus? subjunxit : *Gratia Deo meo per Jesum Christum Dominum nostrum.*

Tametsi diabolus nequam et malus erat, latere tamen poterat. Per insidias vero quas homini struxit, atque in primis per legem, quæ salutis conciliandæ causa data fuerat, effecit ut regnum suum manifestum fieret.

VERS. 14. « Scimus enim quia lex spiritualis est. »

Ne turbaretur auditor, audiendo per mandatum occasionem accepisse peccatum, ut eo accedente peccatum revixerit, nosque per illud seduxerit et occiderit : ne, inquam, aliquis hæc audiens malorum istorum causam esse legem arbitretur, non solum legem crimine et culpa eximit, sed egregiam illius laudationem texit, *Scimus*, inquit, *quia lex spiritualis est.* Spiritualem eam dicendo, ipsam virtutis esse magistram et nequitiæ adversariam commonstrat. Nam hoc est quod lex præstabat, ut commonefaceret, terreret, corrigeret, patrandæ virtutis consilia præberet : verum peccatum non valebat auferre. Nec ab re quidem : istud enim gratiæ solius opus et munus erat.

« Ego autem carnalis sum, venundatus sub peccato. »

Nam cum morte, inquit, perturbationum quoque turba subiit. Ex quo enim mortale factum est corpus, concupiscentiam subinde admisit, itemque iram et tristitiam, cæterasque omnes perturbationes.

VERS. 15. « Quod enim operor, non intelligo. »

Non intelligo, inquit, id est tenebris offundor, et corripior, præque ea quam patior violentia, nescio qua ratione supplantor ac decipior. Velut nimirum nos quoque dicere consuevimus : Nescio qui factum sit, ut hic adveniens res meas rapuerit : non ut ignorantiam obtendamus, sed deceptionem quamdam indicemus.

« Non enim quod volo bonum, hoc facio ; sed quod nolo malum, hoc ago. [VERS. 16, 17.] Si autem quod nolo, illud facio, consentio legi quoniam bona est. Nunc autem jam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. »

Velle bonum et odisse malum, hoc perfectæ cognitionis est. Ex quo liquet eum, ubi ait, *quod nolo*, non abstulisse libertatem arbitrii, nec necessitatem quamdam qua cogeremur induxisse, sed ea quæ ipse ageret, a se nequaquam laudari. Quid ergo est istud, *nolo*? idem utique ac, non laudo, non probo.

VERS. 18. « Scio enim quia non habitat in me, hoc est in carne mea, bonum. Nam velle adjacet mihi. »

Nequaquam corpus criminatur, sed peccati enormitatem ostendit, ut concessi per gratiam doni magnitudinem significet.

« Perficere autem bonum non invenio. »

Dum hic rursum ait, *non invenio*, non ignoran-

ρύσεται ἐκ τοῦ σώματος τοῦ θανάτου τούτου, ἐπαγαγών· Χάρις δὲ τῷ Θεῷ μου διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Πονηρὸς ὢν ὁ διάβολος, λανθάνειν ἠδύνατο· διὰ δὲ τῆς εἰς ἄνθρωπον ἐπιβουλῆς, καὶ μάλιστα διὰ τοῦ εἰς σωτηρίαν δοθέντος νόμου, παρὰ τούτου φανερὰν ἐποίει δεικνυσθαι τὴν βασιλείαν.

« Οἴδαμεν γὰρ ὅτι ὁ νόμος πνευματικός ἐστιν. »

Ἵνα μὴ θορυβηθῇ ὁ ἀκροατὴς, ἀκούων, ὅτι διὰ τῆς ἐντολῆς ἡ ἁμαρτία ἀφορμὴν ἔλαβεν, καὶ ὅτι ἐλθούσης αὐτῆς ἡ ἁμαρτία ἀνέζησεν, καὶ ὅτι δι' αὐτῆς ἐξηπάτησεν καὶ ἀπέκτεινεν· ἵνα μή τις τῶν τοιούτων ἀκούων, τὸν νόμον τῶν κακῶν τούτων αἴτιον εἶναι νομίζῃ, οὐ μόνον κατηγορίας αὐτὸν ἀπαλλάττει, ἀλλὰ καὶ ἐγκώμιον πλέκει αὐτῷ μέγιστον, λέγων· *Οἴδαμεν ὅτι ὁ νόμος πνευματικός ἐστι*, πνευματικὸν δὲ αὐτὸν εἰπὼν, διδάσκαλον ἀρετῆς αὐτὸν δείκνυσιν ὄντα καὶ κακίας πολέμιον. Τοῦτο γάρ ἐστιν ὅπερ καὶ ὁ νόμος ἐποίει, νουθετῶν, φοβῶν, κολάζων, διορθούμενος, τὰ περὶ ἀρετῆς συμβουλεύων, ἀλλ' οὐκ ἐδυνήθη τὴν ἁμαρτίαν ἀνελεῖν. Εἰκότως· τῆς γὰρ χάριτος μόνης τοῦτο ἔργον ἦν.

« Ἐγὼ δὲ σάρκινός εἰμι πεπραμένος ὑπὸ τὴν ἁμαρτίαν. »

Μετὰ γὰρ θανάτου, φησὶν, καὶ ὁ τῶν παθῶν ἐπεισῆλθεν ὄχλος. Ὅτε γὰρ θνητὸν ἐγένετο τὸ σῶμα, ἐδέξατο καὶ ἐπιθυμίαν καὶ ὀργὴν καὶ λύπην, καὶ τὰ ἄλλα πάντα.

« Ὃ γὰρ κατεργάζομαι, οὐ γινώσκω. »

Τὸ, *οὐ γινώσκω*, ἀντὶ τοῦ, σκοτοῦμαι, φησὶν, καὶ συναρπάζομαι, καὶ ἐπήρειαν ὑπομένων, οὐκ οἶδα πῶς ὑποσκελίζομαι, ὅπερ καὶ ἡμεῖς εἰώθαμεν λέγειν· Οὐκ οἶδα ὅπως ὁ δεῖνα ἐλθὼν συνήρπασεν· οὐκ ἄγνοιαν προβαλλόμενοι, ἀλλὰ ἀπάτην τινὰ ἐμφαίνοντες.

« Οὐ γὰρ ὃ θέλω, τοῦτο πράσσω, ἀλλ' ὃ μισῶ, τοῦτο ποιῶ. Εἰ δὲ ὃ οὐ θέλω, τοῦτο ποιῶ, σύμφημι τῷ νόμῳ ὅτι καλός. Νυνὶ δὲ οὐκέτι ἐγὼ κατεργάζομαι αὐτὸ, ἀλλ' ἡ οἰκοῦσα ἐν ἐμοὶ ἁμαρτία. »

Τὸ θέλειν τὸ καλὸν, καὶ μισεῖν τὸ πονηρὸν, γνώσεως ἀπηρτισμένης ἐστίν· ὅθεν δῆλον ὅτι καὶ τὸ, *οὐ θέλω*, εἴρηκεν, οὐ τὸ αὐτεξούσιον ἀναιρῶν, οὐδὲ ἀνάγκην τινὰ εἰσάγων βιαστικὴν, ἀλλὰ τὸ μὴ ἐπαινεῖν τὰ γινόμενα. Τί οὖν ἐστι τὸ, *οὐ θέλω*; ἀντὶ τοῦ, οὐκ ἐπαινῶ, ὃ οὐκ ἀποδέχομαι.

« Οἶδα γὰρ ὅτι οὐκ οἰκεῖ ἐν ἐμοὶ, τουτέστιν ἐν τῇ σαρκί μου, ἀγαθόν· τὸ γὰρ θέλειν παράκειταί μοι. »

Οὐ τὸ σῶμα διαβάλλει, ἀλλὰ τὸ ὑπερέχον τῆς ἁμαρτίας ἔδειξεν, πάλιν τὸ μέγεθος τῆς δωρεᾶς. τῆς διὰ τῆς χάριτος δεδομένης, κατασημαῖναι θέλων.

« Τὸ δὲ κατεργάζεσθαι τὸ καλὸν, οὐχ εὑρίσκω. »

Πάλιν εἰπὼν, *οὐχ εὑρίσκω*, οὐκ ἄγνοιαν, φησὶν,

ἀλλ' ἐπήρειάν τινα, καὶ ἐπιβουλὴν τῆς ἁμαρτίας.

« Οὐ γὰρ ὃ θέλω, ποιῶ ἀγαθὸν, ἀλλ' ὃ οὐ θέλω κακὸν, τοῦτο πράσσω. Εἰ δὲ ὃ θέλω ἐγὼ, τοῦτο ποιῶ, οὐκέτι ἐγὼ κατεργάζομαι, ἀλλ' ἡ οἰκοῦσα ἐν ἐμοὶ ἁμαρτία. »

Ἐπεξεργασία τοῦ εἰρημένου.

« Εὑρίσκω ἄρα τὸν νόμον τῷ θέλοντι ἐμοὶ ποιεῖν τὸ καλὸν, ὅτι ἐμοὶ τὸ κακὸν παράκειται. »

Μετὰ, τὸ καλὸν, συναπτέον τὸ συνήγορον, καὶ οὕτω σαφὴς γίνεται ἡ διάνοια, λέγουσα· *Εὑρίσκω τὸν νόμον ἐμοὶ τῷ θέλοντι ποιεῖν τὸ καλὸν* συνηγοροῦντα· τὸ δὲ, *ὅτι ἐμοὶ τὸ κακὸν παράκειται*, εἰ καὶ ἡ ἁμαρτία, φησὶν, ἐπίκειται· πρὸς τὸ κακὸν παρεγείρουσα.

« Συνήδομαι γὰρ τῷ νόμῳ τοῦ Θεοῦ κατὰ τὸν ἔσω ἄνθρωπον· βλέπω δὲ ἕτερον νόμον ἐν τοῖς μέλεσί μου ἀντιστρατευόμενον τῷ νόμῳ τοῦ νοός μου, καὶ αἰχμαλωτίζοντά με τῷ νόμῳ τῆς ἁμαρτίας, τῷ ὄντι ἐν τοῖς μέλεσί μου. »

Ὅρα, πῶς διαγράφει μάχην νόμου φυσικοῦ καὶ ἁμαρτίας, καὶ νίκην τῆς ἁμαρτίας· τὸ γὰρ, *αἰχμαλωτίζοντά με*, τοῦτο ἐδήλωσεν. *Νόμον* δὲ τὴν ἁμαρτίαν ἐκάλεσεν, οὐ διὰ τὴν αὐτῆς ἀξίαν, ἀλλὰ διὰ τὴν ὑπακοὴν τῶν πειθομένων αὐτῇ. Ὥσπερ οὖν κύριον τὸν μαμωνᾶ καλεῖ, καὶ θεὸν τὴν κοιλίαν, οὐ διὰ τὴν οἰκείαν ἀξίαν, ἀλλὰ διὰ τὴν πολλὴν τῶν ὑποτεταγμένων δουλείαν.

Ταλαίπωρος ἐγὼ ἄνθρωπος, τίς με ῥύσεται ἐκ τοῦ σώματος τοῦ θανάτου τούτου; Χάρις δὲ τῷ Θεῷ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν. Ἄρα οὖν αὐτὸς ἐγὼ, τῷ μὲν νοῒ δουλεύω νόμῳ Θεοῦ, τῇ δὲ σαρκὶ, νόμῳ ἁμαρτίας. »

Μετὰ τὸ ἐκτραγῳδῆσαι τὴν βίαν τῆς ἁμαρτίας, ἐπὶ τὸν οἶκτον ἔρχεται. *Τίς με ῥύσεται;* ἀλλ' εὐθὺς ἐπάγει τὴν δεδομένην ἐν τοσούτοις κακοῖς σωτηρίας ἐλπίδα· αὕτη δέ ἐστιν ἡ χάρις. Ὅταν δὲ ἀκούσῃς λέγοντας· *Τίς με ῥύσεται ἐκ τοῦ σώματος τοῦ θανάτου τούτου;* μὴ νόμιζε τῆς σαρκὸς αὐτὸν κατηγορεῖν. Οὐδὲ γὰρ εἶπε σῶμα ἁμαρτίας, ἀλλὰ *σῶμα θανάτου*, τουτέστι, τὸ θνητὸν σῶμα, τὸ χειρωθὲν ὑπὸ τοῦ θανάτου

tiam innuit, sed vim quamdam structasque per peccatum insidias.

Vers. 19, 20. « Non enim quod volo bonum hoc facio; sed quod nolo malum, hoc ago. Si autem quod nolo, illud facio, jam non ego operor illud sed quod habitat in me peccatum. »

27 Repetit et inculcat id quod modo dixerat.

Vers. 21. « Invenio igitur legem volenti mihi facere bonum, quoniam mihi malum adjacet. »

Quia bonum dixerat, subjiciendum illud fuit, quod ad hoc conferat: atque hoc modo clara fit ea sententia qua dicitur: *Invenio legem volenti mihi bonum facere*, quæ utique adjumento sit. Istud vero, *quoniam mihi malum adjacet*, idem est ac si dicat, quanquam peccatum ingruit, quo ad malum exciter.

Vers. 22, 23. « Condelector enim legi Dei secundum interiorem hominem. Video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, et captivantem me in lege peccati, quæ est in membris meis. »

Observa quomodo describit pugnam legis naturalis cum peccato, et peccati victoriam. Hoc enim vox ista declarat, *captivantem me*. Peccatum autem appellavit *legem*; non quod ea sit ejus dignitas, sed propter obtemperationem eorum qui illi morem gerunt. Quo utique sensu mammona dominum vocat, ventrem deum, non propter aliquam horum dignitatem, quin potius ob impensiorem servitutem illorum qui iis subjecti sint.

Vers. 24, 25. « Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus? Gratia autem Dei per Jesum Christum Dominum nostrum. Igitur ego ipse mente servio legi Dei, carne autem, legi peccati. »

Postquam vim peccati deflevit, ad misericordiam convertitur. *Quis me liberabit?* mox vero salutis spem subjungit, quæ inter tot tantaque mala nobis data est; gratiam scilicet. Quando autem dicentem audis: *Quis me liberabit de corpore mortis hujus?* ne putes illum carnem criminari. Si quidem non ait corpus peccati, sed, *corpus mortis*, hoc est corpus mortale, quod morti subjectum est.

ΚΕΦΑΛ. Η'.

« Οὐδὲν ὄρα νῦν κατάκριμα τοῖς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. »

Ὃ δὲ λέγει τοιοῦτόν ἐστιν· ὅτι οὐ τῶν προτέρων ἀπηλλάγημεν μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸ μέλλον ἀχείρωτοι γεγόναμεν. Τὸ δὲ, *μὴ κατὰ σάρκα περιπατοῦσι*, προστέθεικεν, τὸ εὔκολον τοῦ κατορθώματος δηλῶν.

« Ὁ γὰρ νόμος τοῦ πνεύματος τῆς ζωῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ ἠλευθέρωσέ με ἀπὸ τοῦ νόμου, τῆς ἁμαρτίας καὶ τοῦ θανάτου. »

Νόμον πνεύματος τὴν χάριν λέγει. *Νόμον ἁμαρτίας*, οὐ τὸν Μωϋσέως φησί· πῶς γὰρ, ὃν δίκαιον

CAP. VIII.

Vers. 1. « Nihil ergo nunc damnationis est iis qui sunt in Christo Jesu. »

Idem ac si diceret: non solum a pristinis exempti sumus, sed et in futurum inexpugnabiles evasimus. Adjecit autem, *qui non secundum carnem ambulant*, quo rem patratu facilem esse significaret.

Vers. 2. « Lex enim spiritus vitæ in Christo Jesu liberavit me a lege peccati et mortis. »

Gratiam *legem spiritus* appellat. *Legem* autem *peccati* dicit, non Mosaicam (quomodo enim?

quippe quam justam et sanctam crebro nuncupavit), sed eam quæ militat adversus legem mentis, hoc est peccatum.

Vers. 3. « Nam quod impossibile erat legis, in quo infirmabatur per carnem, Deus Filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, et de peccato damnavit peccatum in carne. »

Sensus est: Quia lex ut justus homo fieret prodiit, dum is sub tyrannide peccati **28** laboraret, idcirco misit Deus Unigenitum, qui per propriam carnem peccatum damnaret. Recte autem Christi carnem appellat, *similitudinem carnis peccati*. Haud quippe hæc erat caro peccati, sed similitudo carnis peccati. *Non* enim *inventus est dolus in ore ejus* [14]. Dicendo vero, *de peccato*, causam indicat cur ille venerit. Nam Pater delendi peccati causa Filium misit. Carnis nomine carnalem sensum et prudentiam innuit.

Vers. 4. « Ut justificatio legis impleretur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum. »

Quid istud est, *justificatio*? Utique finis et propositum. Quod enim lex facere volebat, hoc neutiquam valuit, puta justificare hominem. Hoc Christus præstitit. Vide quomodo passim suadeat, ne secundum carnem ambulemus: quasi dicat, liberata est caro a lege peccati; peccato e medio sublato, ne voluntariam nobis servitutem arcessamus.

Vers. 5-7. « Qui enim secundum carnem sunt, quæ carnis sunt sapiunt: qui autem secundum spiritum sunt, spiritus. Nam prudentia carnis mors est: prudentia autem spiritus vita et pax. Quoniam sapientia carnis inimica est Deo. »

Id est, qui prudentia carnis repleti sunt, sive malitia.

« Legi enim Dei non est subjecta. Nec enim potest. »

Prudentiam carnis vocat cogitationem terrenam, quæ in res hujus sæculi et malas actiones impotenti desiderio feratur. Neque vero hoc ait, ac si non fieri possit ut ille qui malus est evadat bonus: sed quia impossibile est eum qui nequam est et improbus, subjici Deo. Facile itaque fuerit ut qui mutatur, bonus fiat et subjectus. Idque verum esse, innumeris quibus scatet exemplis contestatur historia. Paulus ipse ex persecutore præco factus est veritatis: latro paradisi plantis accensitus est; Manasses, Ninivitæ, aliique sexcenti.

Vers. 8. « Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt. »

Carnis iterum nomine carnalem et mundanam vitam indigitat, voluptatibus et luxu diffluentem, quæ totum hominem carnem esse faciat.

[14] Isa. LIII, 9.

καὶ ἅγιον πολλάκις ὠνόμασεν; ἀλλὰ τὸν ἀντιστρατευόμενον τῷ νόμῳ τοῦ νοὸς, τουτέστι τὴν ἁμαρτίαν.

« Τὸ γὰρ ἀδύνατον τοῦ νόμου, ἐν ᾧ ἠσθένει διὰ τῆς σαρκὸς, ὁ Θεὸς τὸν ἑαυτοῦ Υἱὸν πέμψας ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας, καὶ περὶ ἁμαρτίας κατέκρινε τὴν ἁμαρτίαν ἐν τῇ σαρκί. »

Ὁ νοῦς οὗτος· Ἐπειδὴ ἦλθε, φησὶν, ὁ νόμος εἰς τὸ δικαιῶσαι τὸν ἄνθρωπον διὰ τὸ τυραννεῖν τῆς σαρκὸς τὴν ἁμαρτίαν, τούτου χάριν ἔπεμψε τὸν Μονογενῆ, ἵνα διὰ τῆς σαρκὸς τῆς ἰδίας αὐτοῦ κατακρίνῃ ἁμαρτίαν· καλῶς δὲ τὸ *ὁμοίωμα σαρκὸς ἁμαρτίας*, ὠνόμασεν τοῦ Χριστοῦ τὴν σάρκα. Οὐ γὰρ ἦν σὰρξ ἁμαρτίας καὶ αὐτὴ, ἀλλ' ὁμοίωμα σαρκός. *Οὐ γὰρ εὑρέθη*, φησὶν, *δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ*. Τὸ δὲ, *περὶ ἁμαρτίας*, τὴν αἰτίαν τῆς ἀφίξεως δηλοῖ· ὅτι διὰ τὸ καταργῆσαι τὴν ἁμαρτίαν ἀπέστειλεν τὸν Υἱὸν ὁ Πατήρ. Σάρκα τὸ σαρκικὸν φρόνημά φησιν.

« Ἵνα τὸ δικαίωμα τοῦ νόμου πληρωθῇ ἐν ἡμῖν τοῖς μὴ κατὰ σάρκα περιπατοῦσιν, ἀλλὰ κατὰ πνεῦμα. »

Τί ἐστι, *τὸ δικαίωμα*; ἀντὶ, τὸ τέλος, καὶ ὁ σκοπός. Ὃ γὰρ ἐβούλετο ὁ νόμος ποιεῖν, καὶ οὐκ ἴσχυσεν· τοῦτο δὲ ἦν τὸ δικαιῶσαι τὸν ἄνθρωπον, τοῦτο πεποίηκεν ὁ Χριστός. Ὅρα δὲ πῶς πανταχοῦ τὸ μὴ κατὰ σάρκα περιπατεῖν τίθησι, μονονουχὶ λέγων· Ἠλευθερώθη σὰρξ τοῦ νόμου τῆς ἁμαρτίας, ἐκ μέσου γενομένης τῆς ἁμαρτίας· μὴ πάλιν αὐθαίρετον δουλείαν ἐπισπασώμεθα.

« Οἱ γὰρ κατὰ σάρκα ὄντες, τὰ τῆς σαρκὸς φρονοῦσιν· οἱ δὲ κατὰ πνεῦμα, τὰ τοῦ πνεύματος· τὸ γὰρ φρόνημα τῆς σαρκὸς, θάνατος· τὸ δὲ φρόνημα τοῦ πνεύματος, ζωὴ καὶ εἰρήνη· διότι τὸ φρόνημα τῆς σαρκὸς ἔχθρα εἰς Θεόν. »

Ἀντὶ τοῦ, οἱ φρονήματος σαρκικοῦ πεπληρωμένοι, τουτέστι κακίας.

« Τῷ γὰρ νόμῳ τοῦ Θεοῦ οὐχ ὑποτάσσεται· οὐδὲ γὰρ δύναται. »

Φρόνημα σαρκὸς φησιν, τὸν γεώδη λογισμὸν, τὸν πρὸς τὰ βιωτικὰ καὶ τὰς πονηρὰς πράξεις ἐπτοημένον. Οὐ τοῦτο δὲ λέγει, ὅτι ἀδύνατον τὸν πονηρὸν γενέσθαι καλόν· ἀλλ' ὅτι ἀδύνατον πονηρὸν μὲν ὄντα, ὑποταγῆναι τῷ Θεῷ. Μεταβαλλόμενον μέντοι, καλὸν γενέσθαι καὶ ὑποταγῆναι ῥᾴδιον, καὶ, ὡς ἀληθὴς ὁ λόγος, μεστὴ τῶν παραδειγμάτων ἡ ἱστορία. Παῦλος ἐκ διώκτου κήρυξ τῆς ἀληθείας, ὁ λῃστὴς ἐν παραδείσου φυτοῖς· ὁ Μανασσῆς, οἱ Νινευῖται, καὶ ἄλλοι μυρίοι.

« Οἱ δὲ ἐν σαρκὶ ὄντες, Θεῷ ἀρέσαι οὐ δύνανται. »

Σάρκα πάλιν τὸν σαρκικὸν βίον καὶ κοσμικὸν λέγει, καὶ τρυφῆς καὶ ἀσωτίας γέμοντα τὸν ὅλον σαρκοποιοῦντα τὸν ἄνθρωπον.

« Ὑμεῖς δὲ οὐκ ἐστὲ ἐν σαρκὶ, ἀλλ' ἐν Πνεύ- A ματι. »

Δείκνυσιν ὅτι οὐδὲ ἐν σώματί ἐστιν ὁ ὀρθῶς βιῶν, ἀλλ' οἷον ἔτι περιπατῶν ἐν γῇ, ἐν οὐρανῷ πολιτεύεται.

« Εἴπερ Πνεῦμα Θεοῦ οἰκεῖ ἐν ὑμῖν. »

Τὸ, *εἴπερ Πνεῦμα*, πολλαχοῦ τίθησιν, οὐκ ἀμφιβόλως, ἀλλὰ καὶ σφόδρα πιστικῶς, καὶ ἀντὶ τοῦ ἐπείπερ, ὡς ὅταν λέγῃ· *Εἴπερ δίκαιον παρὰ Θεῷ ἀνταποδοῦναι τοῖς θλίβουσιν ἡμᾶς θλῖψιν*. Ἀντὶ τοῦ, ἐπείπερ τοῦτο δίκαιόν ἐστιν.

« Εἰ δέ τις Πνεῦμα Χριστοῦ οὐκ ἔχει, οὗτος οὐκ ἔστιν αὐτοῦ. »

Οὐκ εἶπεν, εἰ δὲ ὑμεῖς οὐκ ἔχετε, ἀλλ' ἐπ' ἄλλων προήγαγε τὸ λυπηρόν.

« Εἰ δὲ Χριστὸς ἐν ὑμῖν. »

Πάλιν τὸν Χριστὸν ἐπ' αὐτῶν, αὔξων αὐτοῖς τὴν ἡδονὴν καὶ τὸν περὶ αὐτοῦ πόθον.

« Τὸ μὲν σῶμα νεκρὸν δι' ἁμαρτίαν. »

Ὅ δὲ λέγει τοιοῦτόν ἐστιν· Οἷς Χριστὸς ἐνοικεῖ, τούτων νεκρὸν τὸ σῶμα τῇ ἁμαρτίᾳ· τουτέστι κατ' οὐδὲν ὑπακούει τῇ ἁμαρτίᾳ, ἀλλ' οἷον τέθνηκεν αὐτῇ, οὐδὲν διαφέρει τῶν ἐν σορῷ κειμένων σωμάτων τὰ σώματα ἡμῶν, πρὸς τὴν τῆς ἁμαρτίας ἐργασίαν.

« Τὸ δὲ πνεῦμα ζωὴ διὰ δικαιοσύνην. »

Δικαιοσύνην αὐτὸν τὸν Χριστόν φησιν. *Γέγονε γὰρ ἡμῖν ἀπὸ Θεοῦ δικαιοσύνη*, κατὰ τὴν αὐτοῦ τοῦ Ἀποστόλου φωνήν. Ζήσεται οὖν ἡμῶν τὸ πνεῦμα ἔνοικον ἔχον τὸν Χριστόν. C

« Εἰ δὲ τὸ πνεῦμα τοῦ ἐγείραντος ἡμᾶς ἐκ νεκρῶν οἰκεῖ ἐν ὑμῖν, ὁ ἐγείρας ἐκ νεκρῶν Χριστὸν Ἰησοῦν, ζωοποιήσει καὶ τὰ θνητὰ σώματα ὑμῶν διὰ τοῦ ἐνοικοῦντος αὐτοῦ Πνεύματος ἐν ὑμῖν. »

Ὅμοιον ὡς εἰ λέγοι, Μὴ φοβηθῇς ὅτι νεκρὸν περίκεισαι σῶμα, ἔχε τὸ πνεῦμα, καὶ ἀναστήσεται. Τί οὖν; τὰ μὴ ἔχοντα οὐκ ἀνίστανται; Ναὶ, φησίν· ἀλλ' οὐκ εἰς ζωήν. Διὰ τοῦτο οὐκ εἶπεν, ἀναστήσει, ἀλλὰ *ζωοποιήσει*, ὃ πλέον τῆς ἀναστάσεως ἦν, καὶ τοῖς δικαίοις μόνον δεδωρημένον.

« Ἄρα οὖν, ἀδελφοὶ, ὀφειλέται ἐσμὲν, οὐ τῇ σαρκὶ τοῦ κατὰ σάρκα ζῆν. »

Δείξας ὅσον τὸ ἔπαθλον τοῦ πνευματικοῦ βίου, ἀναγκαίως ἐπάγει λοιπὸν τὴν παραίνεσιν, λέγων· οὐκοῦν οὐκ ὀφείλομεν ζῆν κατὰ σάρκα.

« Εἰ γὰρ κατὰ σάρκα ζῆτε, μέλλετε ἀποθνήσκειν· εἰ δὲ πνεύματι τὰς πράξεις τοῦ σώματος θανατοῦτε, ζήσεσθε. »

Τὸν θάνατον ἡμῖν ἐκεῖνον αἰνίττεται τὸν ἀθάνατον, τὸν ἐν τῇ γεέννῃ, κόλασίν τε καὶ τιμωρίαν.

« Ὅσοι γὰρ πνεύματι Θεοῦ ἄγονται, οὗτοι υἱοὶ Θεοῦ εἰσιν. »

Καὶ ἕτερον τίθησιν ὑμῖν μισθὸν, προτρεψόμενος

[15] II Thess i, 6. [16] I Cor. i, 30

Vers. 9. « Vos autem non estis in carne, sed in Spiritu.

Ostendit, neque eum in corpore agere qui recte vivat, sed interim, dum adhuc in terra ambulat, in cœlo versari.

« Si tamen Spiritus Dei habitat in vobis. »

Frequenter ponit, si *tamen Spiritus*; non utique dubitando, sed fide certissima, nimirum pro *quandoquidem*; veluti cum ait: *Si tamen justum est apud Deum retribuere tribulationem iis qui vos tribulant* [15]. Pro quandoquidem hoc justum est.

« Si quis autem Spiritum Christi non habet, hic non est ejus. »

Non dixit, si autem vos non habetis; sed id attri- B buit aliis quod molestiam ingeneret

29 Vers. 10. « Porro si Christus in vobis est. »

Rursus Christum in eis esse ait, quo voluptatem augeat, eorumque erga illum amorem.

«Corpus quidem mortuum est propter peccatum.»

Hic verborum istorum sensus est. Eorum in quibus Christus habitat, corpus peccato mortuum est, hoc est, nullatenus peccato obsequitur, sed illi instar est mortui: quod opus peccati spectat, nihil corpora nostra discrepant ab iis quæ in feretris jacent.

« Spiritus vero vita propter justitiam. »

Christum ipsum justitiam esse ait. Nam secundum vocem Apostoli, *factus est nobis a Deo justitia* [16]. Spiritus itaque noster vivet, si Christum in se manentem habeat.

Vers. 11. « Quod si spiritus ejus qui suscitavit nos a mortuis, habitat in vobis, qui suscitavit Jesum Christum a mortuis, vivificabit et mortalia corpora vestra, per inhabitantem Spiritum ejus in vobis. »

Idem ac si diceret: Ne timueris quia mortuo corpore indueris; habeto Spiritum, isque te rursum suscitabit. Quid igitur? numquid non illi resurgent, qui eum non habuerint? omnino, inquit; sed non ad vitam. Quamobrem non dixit, suscitabit, sed *vivificabit*, quod resurrectione amplius est, ac justis duntaxat concessum.

Vers. 12. « Ergo, fratres, debitores sumus, non D carni, ut secundum carnem vivamus. »

Postquam ostendit, quantum esset spiritualis vitæ præmium, necessario deinceps admonitionem subjungit, dicendo: non ergo debemus secundum carnem vivere.

Vers. 13. « Si enim secundum carnem vixeritis, moriemini. Si autem spiritu facta corporis mortificetis, vivetis. »

Hic mortem illam immortalem innuit, quæ in gehenna transigenda est; pœnas nimirum suppliciumque.

Vers. 14. « Quicunque enim spiritu Dei aguntur, hi sunt filii Dei. »

Aliam etiam nobis mercedem proponit, quo

persuadeat ut vitam agamus spiritualem. Hæc porro est adoptio. Atqui non ait, qui Dei Spiritu vivunt, sed, *qui aguntur* : ut significet, eum sic velle ducere, tanquam vitæ nostræ Dominus sit, quam ducat et agat quocunque lubuerit.

« Παρακαλεῖσθε, τὸ αὐτὸ φρονεῖτε, εἰρηνεύετε, καὶ ὁ Θεὸς τῆς ἀγάπης καὶ εἰρήνης ἔσται μεθ' ὑμῶν. Ἀσπάσασθε ἀλλήλους ἐν ἁγίῳ φιλήματι· C ἀσπάζονται ὑμᾶς οἱ ἅγιοι πάντες. Ἡ χάρις τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ, καὶ ἡ κοινωνία τοῦ ἁγίου Πνεύματος μετὰ πάντων ὑμῶν. Ἀμήν.

Τοῦτό φησιν, ἐπειδὴ πολλοὶ ἦσαν οἱ πειρασμοὶ, καὶ μεγάλοι οἱ κίνδυνοι.

Ἐγράφη ἀπὸ Φιλίππων τῆς Μακεδονίας διὰ τοῦ Λουκᾶ καὶ Τίτου. Πρὸς Κορινθίους β', στίχοι χιβ'.

VARIÆ LECTIONES.

[a] Eustathius Sulcensis, στίχοι φιϛ', *versus* 590.

ΕΙΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΝ ΠΡΟΣ ΓΑΛΑΤΑΣ.

IN EPISTOLAM AD GALATAS.

CAPUT PRIMUM.

VERS. 1. « Paulus apostolus, non ex hominibus, neque per hominem, sed per Jesum Christum et Deum Patrem. »

Ex Judæis qui crediderant, quia Judaismi præjudiciis occupati erant, necnon inanis gloriæ æstu ebrii, ut sibi magistrorum titulos arrogarent, in

D

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ.

« Παῦλος ἀπόστολος, οὐκ ἀπ' ἀνθρώπων, οὐδὲ δι' ἀνθρώπου, ἀλλὰ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ Θεοῦ Πατρός. »

Οἱ ἐξ Ἰουδαίων πιστεύσαντες, ὁμοῦ μὲν τῇ προλήψει τοῦ Ἰουδαϊσμοῦ κατεχόμενοι, ὁμοῦ δὲ κενοδοξίᾳ μεθύοντες, καὶ βουλόμενοι διδασκάλων ἀξιώ-

ματα ἑαυτοῖς περιθεῖναι, ἐλθόντες εἰς τὸ Γαλατῶν ἔθνος, ἐδίδασκον ὅτι δεῖ περιτέμνεσθαι, καὶ Σάββατα, καὶ Νεομηνίας τηρεῖν, καὶ μὴ ἀνέχεσθαι Παύλου ταῦτα ἀναιροῦντος. Οἱ γὰρ περὶ Πέτρον καὶ Ἰάκωβον, καὶ Ἰωάννην, φησὶν, ταῦτα οὐ κωλύουσιν, οἱ πρῶτοι τῶν ἀποστόλων. Οὗτος μὲν γὰρ χθὲς καὶ σήμερον ἐφάνη, ἐκεῖνοι δὲ πρῶτοι, οἱ περὶ Πέτρον· καὶ οὗτος μὲν μαθητὴς τῶν ἀποστόλων, ἐκεῖνοι δὲ τοῦ Χριστοῦ· καὶ οὗτος μόνος, ἐκεῖνοι δὲ πολλοὶ, καὶ στύλοι τῆς Ἐκκλησίας. Ἐπεὶ οὖν ἔμπροσθεν εἶδεν ἔθνος ὁλόκληρον, καὶ πυρὰν ἐκ τῆς Γαλατῶν ἀναφθεῖσαν Ἐκκλησίας, γράφει τὴν ἐπιστολὴν πρὸς ἅπαντα ταῦτα ἀπολογούμενος, καὶ ἐκ προοιμίων εὐθέως πρὸς ἐκεῖνο ἀνατείνεται, ὃ διορύττοντες αὐτοῦ τὴν ὑπόληψιν ἔλεγον, ὅτι οἱ μὲν ἄλλοι τοῦ Χριστοῦ, οὗτος δὲ τῶν ἀποστόλων γέγονεν μαθητής. A B

Galatiam profecti, docebant oportere circumcidi, et observare Sabbata et Neomenias, nec Paulum esse tolerandum qui hæc auferret : Petrum quippe, Jacobum, et Joannem, qui primas inter apostolos tenebant, ea non prohibere : cum hic vixdum heri et hodie prodiisset, Petrus vero prior esset : atque hic quidem apostolorum esset discipulus, illi vero Christi : hic solus, illi complures, ipsique columnæ Ecclesiæ. Proinde cum ante vidisset gentem illam ex toto **157** sanam esse et incolumem, tum subinde ex Galatarum Ecclesia incendium excitari, epistolam scripsit, qua momentis istis omnibus satisfacit, atque ipsomet exordio in illud statim intendit, quod ut conceptam de ipso existimationem effoderent, objiciebant ; puta alios quidem discipulos Christi fuisse, ipsum vero apostolorum.

Τοῦ ἐγείραντος αὐτὸν ἐκ νεκρῶν. »

Διὰ τί οὐχ ἀπὸ τῶν θεοπρεπῶν ἤρξατο, ἀλλ' ἀπ' αὐτοῦ τοῦ πάθους ; Ὅτι ἐπειδὴ ὡς μέλλοντες τιμωρεῖσθαι, εἰ ἀποσταῖεν τοῦ νόμου, ἐστασίαζον πρὸς αὐτὸν, διὰ τοῦτο πράγματος μέμνηται δι' οὗ πᾶσαν ἐκβάλλει τοῦ νόμου τὴν χρείαν. Λέγω δὴ τὴν ἐκ τοῦ σταυροῦ καὶ τῆς ἀναστάσεως αἰτίαν γενομένην ἅπασι σωτηρίας.

« Qui suscitavit eum a mortuis. »

Quare vero non a divinioribus Christi gestis exordium ducit, sed a passione ipsius? Utique cum illi adversus ipsum insurgerent, tanquam pœnas daturi si defecissent a lege, idcirco eam rem commemorat, qua legis necessitas omnis excluderetur ; crucem, inquam, et resurrectionem, quæ cunctis causa salutis fuere.

« Καὶ οἱ σὺν ἐμοὶ πάντες ἀδελφοί. »

Πρὸς ἐκεῖνο πάλιν ἀποτείνεται, τὸ λέγειν ἐκείνους, ὅτι ὁ μὲν Παῦλος εἷς, οἱ δὲ ἀπόστολοι, πολλοί· διὸ πλῆθος ἐπεισήγαγε σὺν αὐτῷ, καὶ οὐχ ὥσπερ ἐν ἑτέραις, ἢ Παῦλος μόνον, ἢ Παῦλος καὶ Τιμόθεος, ἢ καὶ Σιλουανός. C

VERS. 2. « Et qui mecum sunt omnes fratres. »

Ad illud quoque collineat, quod illi dicebant, Paulum quidem esse solum, plurimos autem apostolos. Eam ob rem multitudinem una secum adduxit : non autem, quemadmodum in epistolis aliis, aut Paulus solus præmittitur, aut Paulus et Timotheus, imo etiam Silvanus.

« Ταῖς Ἐκκλησίαις τῆς Γαλατίας. »

Δείκνυσι τὸ ἀναγκαῖον τῆς ἐπιστολῆς, ὅτι οὐ μία κινδυνεύουσα Ἐκκλησία ἤγειρεν αὐτοῦ τὴν τοσαύτην σπουδὴν, ἀλλὰ πλῆθος Ἐκκλησιῶν.

« Ecclesiis Galatiæ. »

Significat quæ necessitas urgeret scribendi epistolam ; quod nempe non unius Ecclesiæ cujusdam discrimen, tantum sibi studium suggessisset, sed multarum simul.

« Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ Πατρὸς καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ. »

Πανταχοῦ μὲν τοῦτο τίθησι, μάλιστα δὲ Γαλάταις ἐπιστέλλων νῦν, ἐπειδὴ τῆς χάριτος ἐκινδύνευον ἐκπεσεῖν, τὸ πάλιν ἐλθεῖν περιτέμνεσθαι.

VERS. 3. « Gratia vobis et pax a Deo Patre et Domino Jesu Christo. »

Hoc quidem ubique passim ponit, in primis vero dum ad Galatas scribit, quia periculum erat ne a gratia excidérent, si iterum circumciderentur.

« Τοῦ δόντος ἑαυτὸν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν. »

VERS. 4, 5. « Qui dedit semetipsum pro peccatis nostris. » D

Μυρίοις, φησὶν, περιεπάρημεν κακοῖς, καὶ τῆς ἐσχάτης ἦμεν ὑπεύθυνοι κολάσεως· καὶ ὁ μὲν νόμος οὐ μόνον οὐ κατήλλαξεν, ἀλλὰ καὶ κατεδίκασεν, τὸ μὲν ἁμάρτημα φανερὸν καθιστὰς, ἐλευθερῶσαι δὲ οὐκ ἰσχύων, οὐδὲ παῦσαι τοῦ Θεοῦ τὴν ὀργήν. Ὁ δὲ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, καὶ τὸ ἀδύνατον δυνατὸν ἐποίησε, τὰς ἁμαρτίας λύσας, καὶ τοὺς ἐχθροὺς ἐν τάξει φίλων καταστήσας.

Innumeris in malis implicati eramus, extremisque suppliciis obnoxii : lex vero non modo non reconciliavit, quin et condemnavit ; cumque peccatum hæc palam traduceret, conciliare libertatem non valebat, nec iram Dei sedare. At vero Dei Filius id quod possibile non esset, peccatis deletis possibile reddidit, tum etiam ex inimicis amicos fecit.

« Ὅπως ἐξέληται ἡμᾶς ἐκ τοῦ αἰῶνος πονηροῦ. »

« Ut eriperet nos de sæculo. »

Οὐ τὸν χρόνον εἶπεν, ἀλλὰ τὴν [v] παροῦσαν ζωὴν πονηρὰν ἐκάλεσε.

Non tempus innuit, sed vitam præsentem improbam appellavit.

VARIÆ LECTIONES.

[v] Ἀλλὰ τήν. Vereor ne exceptionem quam interserit Chrysostomus, pro expositione Noster accc-

« Præsenti nequam, secundum voluntatem Dei et Patris nostri : cui est gloria in sæcula sæculorum. Amen. »

Malas actiones dicit, distortam voluntatem.

Vers. 6, 7. « Miror quod sic tam cito transferimini ab eo qui vos vocavit in gratiam Christi. »

Hoc mihi, inquit, stuporem creavit, quod cum mysterium gratiæ sic edocti essent, ut et doctores fieri possent aliorum, hi tam facile deceptoribus auscultaverint.

« In aliud Evangelium, quod non est aliud. »

158 Nam ut Petrus dicit : *Non est aliud nomen sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri* [92].

« Nisi aliqui sunt, qui vos conturbant, et volunt convertere Evangelium Christi. »

Recte ait, *qui vos conturbant*, non, qui docent; ut ostendat eam rem meram esse deceptionem.

Vers. 8. 9. « Sed licet nos, aut angelus de cœlo evangelizet vobis præterquam quod evangelizavimus vobis, anathema sit. Sicut prædiximus, et nunc iterum dico : si quis vobis evangelizaverit præter id quod accepistis, anathema sit. »

Vide prudentiam Apostoli : Ne quis diceret, cum inanis gloriæ desiderio propria placita venditare, semet anathemati devovere non dubitavit. Et quia illi ad auctoritates confugiebant, Joannem puta et Jacobum, eam ob rem angelos commemoravit. Neque enim mihi Jacobum et Joannem citaveris : nam quamvis ex primoribus angelis unus sit, qui prædicationem labefactet, ille sit anathema?

Vers. 10. « Modo enim hominibus suadeo, an Deo? »

Nam etsi hæc docendo vos decipio, inquit, nunquid et Deo valeam imponere, cui perspecta sunt arcana cogitationis, et cui per omnia placere totis studiis contendo?

« Si adhuc hominibus placerem, servus Christi non essem. [Vers. 11.] Notum enim vobis facio, fratres, Evangelium, quod evangelizatum est a me, quia non est secundum hominem. »

Si hominibus placere studerem, adhuc starem a Judæorum partibus, et Ecclesiam devastarem. Cum vero totam gentem, consanguineos et claritatem generis aspernatus sim, iisque persecutiones, bella, quotidianas mortes commutarim, perspicuum est ea quæ nunc affirmo, non gloriæ ab hominibus parandæ gratia dici. Hæc porro ait, eo quod pristinam suam vivendi rationem subinde narraturus erat. Ne ergo putarent, hoc eum facere ut se defendat, atque inde superbirent, ideo dixit : *Adhuc enim hominibus suadeo.*

[92] Act. IV, 12.

« Τοῦ ἐνεστῶτος πονηροῦ κατὰ τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. »

Τὰς πράξεις λέγει τὰς πονηράς, τὴν προαίρεσιν τὴν διεστραμμένην.

« Θαυμάζω ὅτι οὕτω ταχέως μετατίθεσθε ἀπὸ τοῦ καλέσαντος ὑμᾶς ἐν χάριτι Χριστοῦ. »

Τοῦτό μοι, φησὶ, τὴν πολλὴν ἔκπληξιν ἤγειρεν, ὅτι οἱ οὕτως τὸ τῆς χάριτος διδαχθέντες μυστήριον, ὡς δύνασθαι καὶ ἑτέρων διδάσκαλοι γίνεσθαι, οὗτοι εὐχερῶς οὕτως τοῖς ἀπατῶσι πείθονται.

« Εἰς ἕτερον Εὐαγγέλιον, ὃ οὐκ ἔστιν ἄλλο. »

Ὡς γὰρ ὁ Πέτρος φησὶν, ὅτι *Οὐκ ἔστιν ἕτερον ὄνομα ὑπὸ τὸν οὐρανὸν τὸ δεδομένον ἐν ἀνθρώποις, ἐν ᾧ δεῖ σωθῆναι ἡμᾶς.*

« Εἰ μή τινές εἰσιν οἱ ταράσσοντες ὑμᾶς, καὶ θέλοντες μεταστρέψαι τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ. »

Εὖ τὸ, *ταράσσοντες*, οὐ διδάσκοντες, οὐδὲ πείθοντες· ἵνα δείξῃ ἀπάτης μόνης τὸ πρᾶγμα ὄν.

« Ἀλλὰ καὶ ἐὰν ἡμεῖς ἢ ἄγγελος ἐξ οὐρανοῦ εὐαγγελίζηται παρ' ὃ εὐηγγελισάμεθα ὑμῖν, ἀνάθεμα ἔστω. Ὡς προειρήκαμεν, καὶ ἄρτι πάλιν λέγω· εἴ τις ὑμᾶς εὐαγγελίζεται παρ' ὃ παρελάβετε, ἀνάθεμα ἔστω. »

Ὅρα σύνεσιν ἀποστολικήν· Ἵνα γὰρ μή τις λέγῃ, ὅτι κενοδοξίας ἕνεκεν τὰ ἴδια συγχρωτεῖ δόγματα, καὶ αὐτὸν ἀνεθεμάτισεν· ἐπειδὴ δὲ εἰς ἀξιώματα κατέφυγον, Ἰάκωβον καὶ Ἰωάννην, διὰ τοῦτο καὶ ἀγγέλων ἐμνήσθη. Μὴ γάρ μοι Ἰάκωβον εἴπῃς καὶ Ἰωάννην. Κἂν γὰρ τῶν πρώτων ἀγγέλων ᾖ τις, φησὶ, διαφθείρων τὸ κήρυγμα, ἀνάθεμα ἔστω.

« Ἄρτι γὰρ ἀνθρώπους πείθω, ἢ τὸν Θεόν; »

Εἰ καὶ ὑμᾶς ἠπάτων, φησὶ, ταῦτα λέγων, μὴ καὶ τὸν Θεὸν παραλογίσασθαι δύναμαι, τὸν τὰ ἀπόῤῥητα τῆς διανοίας εἰδότα, καὶ ᾧ πᾶσά μοι σπουδὴ καὶ διὰ πάντων ἀρέσκειν;

« Εἰ ἔτι ἀνθρώποις ἤρεσκον, Χριστοῦ δοῦλος ἂν ἦμην. Γνωρίζω γὰρ ὑμῖν, ἀδελφοὶ, τὸ Εὐαγγέλιον, τὸ εὐαγγελισθὲν ὑπ' ἐμοῦ, ὅτι οὐκ ἔστι κατὰ ἄνθρωπον. »

Εἰ ἤθελον ἀνθρώποις ἀρέσαι, φησὶν, ἔτι μετὰ Ἰουδαίων ἦμην, καὶ τὴν Ἐκκλησίαν ἐπόρθουν. Εἰ δὲ ἔθνους ὁλοκλήρου καὶ συγγενῶν καὶ δόξης κατεφρόνησα, καὶ ἀντηλλαξάμην διωγμοὺς, καὶ πολέμους, καὶ θανάτους καθημερινοὺς, εὔδηλον ὅτι καὶ ταῦτα ἃ λέγω νῦν, οὐ τῆς τῶν ἀνθρώπων ἐφιέμενος δόξης λέγω. Τοῦτο δὲ εἴρηκεν, ἐπειδὴ μέλλει καὶ τὸν πρότερον αὐτοῦ διηγεῖσθαι βίον. Ἵνα οὖν μὴ νομίσωσιν, ὅτι αὐτοῖς ἀπολογούμενος τοῦτο ποιεῖ, καὶ ἐπαρθῶσιν, διὰ τοῦτό φησιν· *Ἄρτι γὰρ ἀνθρώπους πείθω.*

VARIÆ LECTIONES.

perit. Cæterum Damasceni sensus ita redditur apud Œcumenium, ut *sæculum* nequam idem quoque sit atque διεφθαρμένη ζωὴ, *corrupta vita.*

« Οὐδὲ γὰρ ἐγὼ παρ' ἀνθρώπου παρέλαβον αὐτὸ, οὐδὲ ἐδιδάχθην· ἀλλὰ δι' ἀποκαλύψεως Ἰησοῦ Χριστοῦ. »

Vers. 12. « Neque enim ego ab homine accepi illud, neque didici; sed per revelationem Jesu Christi. »

Ὅρα πῶς ἄνω καὶ κάτω διισχυρίζεται, ὡς τοῦ Θεοῦ γέγονε μαθητὴς, διὰ τὸ τοὺς ἀναγκάζοντας περιτέμνεσθαι Γαλάτας, λέγειν· ὡς ἐκεῖνοι οἱ τοῦ Χριστοῦ γεγονότες μαθηταὶ, Πέτρος καὶ Ἰάκωβος καὶ Ἰωάννης, ἐῶσι τὴν περιτομὴν, οὗτος δὲ μαθητῶν ἐστι μαθητὴς, καὶ οὐ δεῖ ἐκείνοις μᾶλλον ἢ τούτῳ πρασέχειν;

Vide quo pacto sursum deorsum affirmat Dei se fuisse discipulum; propterea quod qui Galatas cogerent circumcidi, hoc dictitarent: Illi qui discipuli Christi fuere, Petrus videlicet, Jacobus et Joannes, circumcisionem permittunt; is vero discipulorum discipulus exsistit; annon ergo satius est illis, quam isti, morem gerere?

« Ἠκούσατε γὰρ τὴν ἐμὴν ἀναστροφήν ποτε ἐν τῷ Ἰουδαϊσμῷ, ὅτι καθ' ὑπερβολὴν ἐδίωκον τὴν Ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐπόρθουν αὐτὴν, καὶ προέκοπτον ἐν τῷ Ἰουδαϊσμῷ ὑπὲρ πολλοὺς συνηλικιώτας ἐν τῷ γένει μου, περισσοτέρως ζηλωτὴς ὑπάρχων τῶν πατρικῶν μου παραδόσεων. Ὅτε δὲ εὐδόκησεν ὁ Θεός. »

Vers. 13-15. « Audistis enim conversationem meam aliquando in Judaismo; quoniam supra modum persequebar Ecclesiam Dei, et expugnabam illam, et proficiebam in Judaismo supra multos coætaneos meos in genere meo, abundantius æmulator exsistens paternarum mearum traditionum. Cum autem complacuit Deo. »

Ἔστι μὲν τὸ κατασκευαζόμενον ὅλον ἀπόδειξις τοῦ μὴ παρ' ἀνθρώπου, παραλαβεῖν αὐτὸν τὸ μυστήριον. Ἡ γὰρ τοσαύτη ἀθρόως γενομένη μεταβολὴ οὐκ ἂν δι' ἀνθρώπου ἦ δυνατὸν γίνεσθαι. Ἡ γὰρ ἐξ ἀνθρώπων διδασκαλία κατ' ὀλίγον ἐστὶ προκόπτουσα. Ἔχει δὲ καὶ ἄλλην τινὰ λανθάνουσαν κατασκευήν. Ἡρέμα γὰρ αὐτοὺς διδάσκει μὴ πράσσειν τὰ νομικά· εἰ γὰρ ὁ τοσαύτην, φησὶ, σπουδὴν ἐν τῷ νόμῳ ἐνδειξάμενος, τὰ τοῦ νόμου ἀφεὶς, ἐπὶ τὴν ἐκ πίστεως ἦλθε σωτηρίαν, εὔδηλον ὡς τελειῶσαι τὸν νόμον μὴ δυνηθέντα καταλέλοιπε. Πολλῷ οὖν μᾶλλον οἱ τῇ πίστει προσδεδραμηκότες, οὐκ ὀφείλουσι διώκειν τὸν μὴ δυνάμενον τελειοῦν.

Id quod modo astruitur, plane demonstrat **159** eum non ab hominibus accepisse mysterium. Talis siquidem tantaque mutatio quæ subito facta est, nequaquam ab homine effici potuerit. Hominum quippe doctrina paulatim progreditur. Ad hæc per hoc quidpiam aliud evincit. Clam enim deterret a legalibus præstandis. Enimvero si ille qui tantum ardorem prætulit dum sub lege agebat, dimissis legis decretis ad salutem venit quæ fide acquiritur, manifestum est ipsum legi nuntium remisisse, per quam fieri non poterat ut perfectus evaderet. Longe igitur potiori jure non debent illi qui ad fidem accurrerunt, tanto studio illam persequi quæ perfectionem conciliare non valet.

« Ὁ ἀφορίσας με ἐκ κοιλίας μητρός μου, καὶ καλέσας διὰ χάριτος αὐτοῦ ἀποκαλύψαι τὸν Υἱὸν αὐτοῦ ἐν ἐμοὶ, ἵνα εὐαγγελίζωμαι αὐτὸν ἐν τοῖς ἔθνεσιν. »

« Qui me segregavit ex utero matris meæ, et vocavit per gratiam suam, [Vers. 16] revelare Filium suum in me, ut evangelizarem illum in gentibus. »

Εἰ ἐκ κοιλίας ἐκλήθη μητρὸς, εἰς τὴν ἀποστολὴν δηλονότι, πῶς διώκτης ἐγένετο; Τοῦτο δὲ τὸ ἄπορον αὐτὸς ἐν ἑτέρῳ ἔλυσεν τόπῳ, εἰπών· « Ἵνα ἐν ἐμοὶ πρώτῳ ἐνδείξηται Χριστὸς τὴν ἅπασαν μακροθυμίαν αὐτοῦ, εἰς ὑποτύπωσιν τῶν μελλόντων πιστεύειν ἐπ' αὐτῷ εἰς ζωὴν αἰώνιον.

Si ex utero vocatus est matris, ad apostolatum puta, quinam fuit persecutor? Dubium hoc in alio loco solvit, dum ait, ut in me primum ostenderet Christus omnem patientiam suam, ad informationem eorum qui in ipsum crediturі erant ad vitam æternam [33].

« Εὐθέως οὐ προανεθέμην σαρκὶ καὶ αἵματι, οὐδὲ ἀνῆλθον εἰς Ἱερουσαλὴμ πρὸς τοὺς πρὸ ἐμοῦ ἀποστόλους, ἀλλὰ ἀπῆλθον εἰς Ἀραβίαν, καὶ πάλιν ὑπέστρεψα εἰς Δαμασκόν. »

« Continuo non acquievi carni et sanguini; [Vers. 17] neque veni Hierosolymam ad antecessores meos apostolos, sed abii in Arabiam, et iterum reversus sum Damascum. »

Πάλιν κατασκευαστικὸν, τὸ μὴ παρ' ἀνθρώπων αὐτὸν τὴν περὶ Χριστοῦ διδασκαλίαν δέξασθαι. Πῶς γὰρ καὶ ἔμελλεν ἀνθρώποις ἀναθέσθαι, ὁ τῆς ἄνωθεν διδασκαλίας ἠξιωμένος;

Comprobat iterum, haudquaquam ab hominibus doctrinam Christi se accepisse. Quo pacto enim futurum erat ut se ipse hominibus addiceret, qui superna scientia dignatus ornatusque fuerat?

« Ἔπειτα μετὰ τρία ἔτη ἀνῆλθον εἰς Ἱεροσόλυμα, ἱστορῆσαι Πέτρον, καὶ ἐπέμεινα πρὸς αὐτὸν ἡμέρας δέκα καὶ πέντε· ἕτερον δὲ τῶν ἀποστόλων οὐκ εἶδον, εἰ μὴ Ἰάκωβον τὸν ἀδελφὸν τοῦ Κυρίου. Ἃ δὲ γράφω ὑμῖν, ἰδοὺ ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, ὅτι οὐ ψεύδομαι. Ἔπειτα ἦλθον εἰς τὰ κλίματα τῆς Συρίας καὶ τῆς Κιλικίας. Ἤμην δὲ ἀγνοούμενος τῷ

Vers. 12-24. « Deinde post tres annos veni Hierosolymam videre Petrum, et mansi apud eum diebus quindecim: alium autem apostolorum vidi neminem, nisi Jacobum fratrem Domini. Quæ autem scribo vobis, ecce coram Deo, quia non mentior. Deinde veni in partes Syriæ et Ciliciæ. Eram autem ignotus facie Ecclesiis Judææ, quæ erant in

[33] I Tim. i, 16.

Christo : tantum autem auditum habebant, quoniam qui persequebatur nos aliquando, nunc evangelizat fidem, quam aliquando expugnabat; et in me clarificabant Deum. »

A προσώπῳ ταῖς Ἐκκλησίαις τῆς Ἰουδαίας ταῖς ἐν Χριστῷ· μόνον δὲ ἀκούσαντες ἦσαν, ὅτι Ὁ διώκων ἡμᾶς ποτε, νῦν εὐαγγελίζεται τὴν πίστιν ἣν ποτε ἐπόρθει· καὶ ἐδόξαζον ἐν ἐμοὶ τὸν Θεόν. »

CAP. II.

Vers. 1, 2. « Deinde post annos quindecim iterum ascendi Hierosolymam cum Barnaba, et assumpto Tito. Ascendi autem secundum revelationem. »

Non ut docerer veni, sed ut inviserem; quod honoris duntaxat erga illum argumentem est.

« Et contuli illis Evangelium, quod prædico in gentibus; seorsum autem iis qui videbantur aliquid esse: ne forte in vacuum currerem, aut cucurrissem. »

Quando primum suscepit Evangelium, non ascendit, ut cum apostolis de eo conferret. Neque enim doctrina eorum indigebat, qui didicerat a Christo. Procedente vero tempore, cum Evangelium omissa circumcisione prædicaret, offensi quidam fuere, quod Petrus circumcidi non prohiberet, Paulus vero solus id auferret. Quocirca cum Spiritus sanctus vellet offendiculum hoc prorsus amputare, præcepit ut testibus assumptis pergeret, atque apostolis denuntiaret se posthabita omnino circumcisione prædicare, ut et de compacto ipsorum, offendiculum istud hominum adimeretur.

ΚΕΦΑΛ. Β'.

« Ἔπειτα διὰ δεκατεσσάρων ἐτῶν πάλιν ἀνέβην εἰς Ἱεροσόλυμα μετὰ Βαρνάβα, συμπαραλαβὼν καὶ Τίτον· ἀνέβην δὲ κατὰ ἀποκάλυψιν. »

Οὐκ ἦλθον διδαχθῆναι, φησὶν, ἀλλ' ἱστορῆσαι· ὅπερ ἐστὶ μόνον τιμῶντος αὐτόν.

« Καὶ ἀνεθέμην αὐτοῖς τὸ Εὐαγγέλιον, ὃ κηρύσσω ἐν τοῖς ἔθνεσι· κατ' ἰδίαν δὲ τοῖς δοκοῦσι μήπως εἰς κενὸν τρέχω ἢ ἔδραμον. »

Κατ' ἀρχὰς μὲν τοῦ δέξασθαι τὸ Εὐαγγέλιον οὐκ ἀνῆλθεν, οὐδὲ ἀνέθετο αὐτὸ τοῖς ἀποστόλοις. Οὐδὲ γὰρ ἐδεῖτο παρὰ Χριστοῦ μαθὼν τῆς ἐκείνων διδασκαλίας. Προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου, καὶ κηρύττοντος αὐτοῦ τοῖς ἔθνεσιν ἄνευ περιτομῆς τὸ Εὐαγγέλιον, ἐσκανδαλίζοντό τινες, τῶν μὲν περὶ Πέτρον μὴ ἀναιρούντων τὴν περιτομὴν, τούτου δὲ μόνου ἀναιροῦντος. Διὸ τοῦτο τὸ σκάνδαλον τῶν ἄλλων τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκκόψαι βουλόμενον, προσέταξεν αὐτῷ μετὰ μαρτύρων ἀνελθεῖν, καὶ ἀναθέσθαι τοῖς ἀποστόλοις τὸ ἄνευ περιτομῆς κηρύσσειν, ἵνα καὶ ἐκείνων συνθεμένων αὐτῷ, τοῦτο λυθῇ τῶν ἀνθρώπων τὸ σκάνδαλον.

« Ἀλλ' οὐδὲ Τίτος ὁ σὺν ἐμοὶ, Ἕλλην ὤν, ἠναγκάσθη περιτμηθῆναι. »

B

C

160 Vers. 3. « Sed neque Titus, qui mecum erat, cum esset gentilis, compulsus est circumcidi. »

Ab apostolis videlicet. Quod plane certissimo argumento erat, ab illis non esse condemnatum Apostolum, quia gentes non circumcideret.

Vers. 4. « Sed propter subintroductos falsos fratres, qui subintroierunt explorare libertatem nostram quam habemus in Christo Jesu. »

Propter, hic positum est pro, *secundum*. Atque is est sensus: Apostoli, inquit, non coegerunt Titum qui præputium habebat, circumcidi: quanquam subjectitii quidam falsi fratres qui hoc observabant, voluerunt ut circumcideretur. Ubi alienos eos innuit a veritate, quos exploratorum instar habeat.

« Ut nos in servitutem redigerent. »

Ut legi cursus manciparent. Quocirca alio in loco dicit: *Christus redemit nos de maledicto legis* [a].

Vers. 5. « Quibus neque ad horam cessimus subjectione, ut veritas Evangelii permaneat apud vos. »

Ne vel momento quidem eis nos subjecimus, inquit; subintroductis istis nimirum: ne deprehenderemur alia quidem de Evangelio annuntiare, alia autem agere. Quid porro de Evangelio dixit!

Ὑπὸ τῶν ἀποστόλων δηλονότι· ὅπερ ἀπόδειξις ἦν μεγίστη τοῦ μὴ καταγινώσκειν αὐτοὺς τοῦ Ἀποστόλου, τὰ ἔθνη μὴ περιτέμνοντος.

« Διὰ δὲ τοὺς παρεισάκτους ψευδαδέλφους, οἵτινες παρεισῆλθον κατασκοπῆσαι τὴν ἐλευθερίαν ἡμῶν, ἣν ἔχομεν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. »

Τὸ *διά*, ἀντὶ τοῦ, *κατά*, κεῖται. Ὁ δὲ νοῦς οὗτος· Οἱ ἀπόστολοι, φησὶν, οὐκ ἠνάγκασαν ἀκρόβυστον ὄντα τὸν Τίτον περιτμηθῆναι, καίτοι τῶν παρεισάκτων ψευδαδέλφων αὐτὸ τοῦτο παρατηρούντων, καὶ ἀναγκαζόντων περιτέμνειν· [x] τὸ ξένον περὶ τὴν ἀλήθειαν ἐν τάξει κατασκόπων προσαγορεύσας αὐτούς.

« Ἵνα ἡμᾶς καταδουλώσωσιν. »

Εἰς τὴν δουλείαν, φησὶ, πάλιν εἰσαγάγωσι τοῦ νόμου. Διὸ καὶ ἀλλαχοῦ φησι· *Χριστὸς ἡμᾶς ἐξηγόρασεν ἐκ τῆς κατάρας τοῦ νόμου.*

« Οἷς οὐδὲ πρὸς ὥραν εἴξαμεν τῇ ὑποταγῇ, ἵνα ἡ ἀλήθεια τοῦ Εὐαγγελίου διαμείνῃ πρὸς ὑμᾶς. »

Οὐδὲ πρὸς βραχὺ, φησὶν, ὑπετάγημεν αὐτοῖς παρεισάκτοις δηλονότι, ἵνα μὴ ἄλλα εἰπόντες περὶ τοῦ Εὐαγγελίου, ἄλλα πράττοντες εὑρεθῶμεν. Τί δὲ εἶπε περὶ τοῦ Εὐαγγελίου; *Ὥστε εἴ τις ἐν Χρι-*

[a] Galat. III, 13.

VARIÆ LECTIONES.

[x] Deest aliqua vox; forte διά.

στῷ, καινὴ κτίσις. Καὶ, τὰ ἀρχαῖα παρῆλθεν, A *In Christo novam esse creaturam*[25]. Itemque : *Vetera transierunt, ecce facta sunt omnia nova*[26]. Et : *Qua libertate nos Christus liberavit*[27].

ἰδοὺ γέγονε τὰ πάντα καινά. Καὶ, τῇ ἐλευθερίᾳ ἡμᾶς Χριστὸς ἠλευθέρωσεν.

« Ἀπὸ δὲ τῶν δοκούντων εἶναί τι, ὁποῖοί ποτε ἦσαν, οὐδέν μοι διαφέρει· πρόσωπον Θεὸς ἀνθρώπου οὐ λαμβάνει. Ἐμοὶ γὰρ οἱ δοκοῦντες, οὐδὲν προσανέθεντο. »

Vers. 6. « Ab iis autem qui videbantur aliquid esse (quales aliquando fuerint, nihil mea interest. Deus personam hominum non accipit); mihi enim qui videbantur esse aliquid, nihil contulerunt. »

Τὸ μὲν, *δοκούντων*, ἀντὶ τοῦ, *ὄντων*· ὡς καὶ περὶ ἑαυτοῦ εἶπε· *Δοκῶ δὲ κἀγὼ Πνεῦμα Θεοῦ ἔχειν*. Ὁ δὲ νοῦς οὗτος· Οἱ περὶ Πέτρον, φησὶ, τί ποτε σκοποῦντες συγκατέβαινον τῇ περιτομῇ, οὐκ οἶδα, οὐδὲ φιλονεικῶ περὶ τούτου· οὗτοι δὲ ἴσασι, ὡς λόγον δώσοντες τῷ Θεῷ. Ἐν δὲ οἶδα, ὅτι ἐλθόντι οὐδὲν πλέον εἶπον περὶ τοῦ κηρύγματος. Εὖ γ εἶπε καὶ τὸ *ὁποῖοι ἦσαν*, ἀλλ' οὐκ εἰσὶν, ἵνα τῇ ἀρχῇ B τοῦ κηρύγματος δῷ κἀκείνων τὴν συγκατάβασιν.

Qui videbantur, ait, id est *qui erant* : haud secus ac de se ipse dicebat : *Videor autem mihi Spiritum Dei habere*. Atqui hic sensus est : qui a Petro stabant, erga circumcisionem indulgentiores erant, qua de causa nescio, quam inquirere non curo : de qua nec vitilitigandi animus est; id ipsi noverint, tanquam reddituri rationem Deo. Hoc autem unum scio, nihil eos mihi amplius de prædicatione mea objecisse, quando ipsos conveni. Recte autem ait, *quales fuerint*, non quales sint, ut concedat initio prædicationis Evangelii Judæis aliquid indultum fuisse.

Ἀντὶ τοῦ, ἐναντιώθησαν.

« Ἀλλὰ τοὐναντίον ἰδόντες, ὅτι πεπίστευμαι τὸ Εὐαγγέλιον τῆς ἀκροβυστίας, καθὼς Πέτρος τῆς περιτομῆς (ὁ γὰρ ἐνεργήσας Πέτρῳ εἰς περιτομὴν, ἐνήργησε κἀμοὶ εἰς τὰ ἔθνη) : καὶ γνόντες τὴν χάριν τὴν δοθεῖσάν μοι, Ἰάκωβος, καὶ Κηφᾶς, καὶ Ἰωάννης, οἱ δοκοῦντες στύλοι εἶναι, δεξιὰς ἔδωκαν ἐμοὶ καὶ Βαρνάβᾳ κοινωνίας, ἵνα ἡμεῖς μὲν εἰς τὰ ἔθνη, αὐτοὶ δὲ εἰς τὴν περιτομήν. »

Idem atque, adversati non sunt.

Vers. 7-9. « Sed e contra cum vidissent, quod creditum est mihi Evangelium præputii sicut et circumcisionis (qui enim operatus est Petro in apostolatum circumcisionis, operatus est et mihi inter gentes), et cum cognovissent gratiam quæ data est mihi, Jacobus, et Cephas, et Joannes, qui videbantur columnæ esse, dextras dederunt mihi et Barnabæ societatis : ut nos quidem in gentes, ipsi autem in circumcisionem. »

Τῷ, *ἀλλὰ τοὐναντίον ἰδόντες*, συναπτέον τὸ, C *δεξιὰς ἔδωκαν ἐμοὶ καὶ Βαρνάβᾳ*. Λέγει δὲ τὰ διὰ μέσου, πάλιν δεικνὺς, ὡς οὐ παρὰ ἀνθρώπων εἰς τὸ κηρύσσειν τοῖς ἔθνεσι κεχειροτόνηται, ὅπερ οἱ ἐχθροὶ ἔλεγον περὶ αὐτοῦ.

Huic commati, *sed e contra cum vidissent*, jungendum istud est, *dextras dederunt mihi et Barnabæ societatis*. Quæ vero interjecta sunt, ostendunt eum non ab hominibus ordinatum esse ut prædicaret gentibus : id quod de ipso adversarii spargebant.

« Μόνον τῶν πτωχῶν ἵνα μνημονεύωμεν, ὃ καὶ ἐσπούδασα αὐτὸ τοῦτο ποιῆσαι. »

161 Vers. 10. « Tantum ut pauperum memores essemus : quod etiam sollicitus fui hoc ipsum facere. »

Αἱ συνθῆκαι, φησὶ, τοιαῦται γεγόνασι, ὥστε καὶ ἐκείνους μὲν τοῖς Ἰουδαίοις, ἡμᾶς δὲ κηρύσσειν τοῖς ἔθνεσι. Κοινὴ δὲ γέγονεν ἀμφοτέροις ἡ τῶν πενήτων φροντίς. Οὗτοι δὲ ἦσαν οἱ πένητες, οἱ ἐξ Ἰουδαίων πιστεύσαντες εἰς Χριστὸν, οἳ καὶ τῶν ἰδίων οἴκων ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων ἀπεστερήθησαν· καὶ οὗτοί εἰσιν οἷς ἔγραφεν, *Καὶ τὴν ἁρπαγὴν τῶν ὑπ- D ἀρχόντων ὑμῶν μετὰ χαρᾶς προσεδέξασθε*.

Pactiones ejusmodi transactæ sunt, inquit, ut illi quidem Judæis, nos vero gentibus prædicaremus. Communis vero utrisque fuit sollicitudo et cura pauperum. Atqui isti pauperes ipsimet erant, qui ex Judæis crediderant in Christum, quorum domus direptæ a contribulibus fuerant : isti sunt, inquam, ad quos scribebat : *Et rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis*[28].

« Ὅτε δὲ ἦλθε Κηφᾶς εἰς Ἀντιόχειαν, κατὰ πρόσωπον αὐτῷ ἀντέστην. »

Vers. 11. « Cum autem venisset Cephas Antiochiam, in faciem ei restiti. »

Ἐν Ἱεροσολύμοις ὑπάρχων ὁ Πέτρος, συγκατέβαινε τῷ Ἰουδαϊσμῷ, μὴ κωλύων τὴν περιτομὴν τέως, μήτε τὰ Σάββατα. Κατελθὼν δὲ εἰς τὴν Ἀντιόχειαν, ἀδιαφόρως συνήσθιε τοῖς πιστεύσασιν ἐξ ἐθνῶν εἰς τὸν Κύριον. Εἶτα κατελθόντων τινῶν ἀπὸ Ἱεροσολύμων, ἐφοβήθη σκανδαλίσαι αὐτοὺς, καὶ ἐχώρισεν ἑαυτὸν ἀπ' ἐκείνων, μεθ' ὧν συδιῃτᾶτο

Quando Petrus Hierosolymis commorabatur, Judaismo hoc indulgebat, ut circumcisionem non omnino prohiberet, neque Sabbata. Cum vero Antiochiam venisset, indiscriminatim convivabatur cum iis qui ex gentibus credidissent in Dominum. Deinde cum illuc quidam Hierosolymis descendissent, veritus ne offenderentur, sejunxit

[25] II Cor. v, 17. [26] ibid. [27] Galat. v, 1. [28] Hebr. x, 34.

VARIÆ LECTIONES.

γ Forte εὖ δέ.

se ab illis quibuscum ante versabatur. Verum Paulus dispensatione quadam cum eo usus est, ut ipsum coram omnibus reprehenderet, quod gentes cogeret judaizare; uti magistro hæc audiente, et tacente, ejus objurgatione illi docerentur, Judaicos ritus non esse servandos. Totum porro negotium hoc mera dispensatio erat, utroque connivente propter discipulorum utilitatem. Quocirca, sive Petrum simulasse dicat, sive non recte incessisse ad veritatem, necessariæ dispensationi voces has juvat ascribere.

πρώην. Ἀλλὰ πεποίηκέ τινα οἰκονομίαν μετ' αὐτοῦ ὁ Παῦλος, ἔμπροσθεν πάντων ἐπιτιμήσας αὐτῷ, διὰ τὸ ἀναγκάζειν Ἰουδαΐζειν τὰ ἔθνη, ὅπως ἂν τοῦ διδασκάλου ταῦτα ἀκούοντος καὶ σιωπῶντος, ἐκεῖνοι διὰ τῆς ἐπιτιμήσεως αὐτοῦ τοῦ διδασκάλου μάθωσιν ὡς οὐ δεῖ φυλάττειν τὰ Ἰουδαϊκὰ ἔθη. Οἰκονομία δὲ ὅλον τὸ πρᾶγμα ἦν, ἐκ συνέσεως ἀμφοτέρων διὰ τὴν ὠφέλειαν τῶν μαθητῶν, ὥστε κἂν ὑποκρίνεσθαι λέγῃ τὸν Πέτρον, κἂν μὴ ὀρθοποδεῖν πρὸς ὠφέλειαν[z], τῇ οἰκονομίᾳ τῆς χρείας, τὰς φωνὰς λογισώμεθα.

« Quia reprehensibilis erat. [Vers. 12.] Prius enim quam venirent quidam a Jacobo, cum gentibus edebat : cum autem venissent, subtrahebat et segregabat se. »

« Ὅτι κατεγνωσμένος ἦν. Πρὸ τοῦ γὰρ ἐλθεῖν τινας ἀπὸ Ἰακώβου, μετὰ τῶν ἐθνικῶν συνήσθιεν· ὅτε δὲ ἦλθον, ὑπέστελλε, καὶ ἀφώριζεν ἑαυτόν. »

Utique ab illis qui Hierosolymis descenderant.

Ὑπὸ τῶν κατελθόντων δηλονότι ἀπὸ Ἱεροσολύμων.

« Timens eos qui ex circumcisione erant. »

« Φοβούμενος τοὺς ἐκ περιτομῆς. »

Nimirum ne præberet eis offendiculum; non autem ne quid ab ipsis pateretur mali.

Μὴ σκανδαλίσῃ αὐτούς, δηλονότι, μή τι πάθῃ δεινὸν παρ' αὐτῶν.

Vers. 13. « Et simulationi ejus consenserunt cæteri Judæi; ita ut Barnabas duceretur cum eis in illam simulationem. »

« Καὶ συνυπεκρίθησαν αὐτῷ καὶ οἱ λοιποὶ Ἰουδαῖοι, ὥστε καὶ Βαρνάβαν συναναχθῆναι αὐτῶν τῇ ὑποκρίσει. »

Simulationem nominat, observationem legis, ut doceat illos ab ea secedere.

Ὑπόκρισιν, τὴν φυλακὴν τοῦ νόμου καλεῖ, διδάσκων ταύτης χωρίζεσθαι.

Vers. 14. « Sed cum vidissem quod non recte ambularent ad veritatem Evangelii, dixi Petro coram omnibus. »

« Ἀλλ' ὅτε εἶδον, ὅτι οὐκ ὀρθοποδοῦσι πρὸς τὴν ἀλήθειαν τοῦ Εὐαγγελίου, εἶπον τῷ Πέτρῳ ἔμπροσθεν πάντων. »

Hoc est, quod non ex toto traditam legem omitterent. Voces autem, ut modo dicebamus, ita conformat, prout dispensatio postulabat. Totum quippe dispensatione gerebatur, cum objurgatio Pauli, tum silentium et assensus Petri. Unum enim ambo quærebant, ut Christi fideles ab observanda lege deterrerentur.

Τουτέστι, παντελῶς οὐ παύεσθαι τῆς τοῦ νόμου παραδόσεως. Ὡς δὲ εἴπομεν ἤδη, τῇ χρείᾳ τῆς οἰκονομίας πλάττει τὰς φωνάς· οἰκονομία γὰρ ὅλον τὸ γινόμενον ἦν, καὶ ἡ ἐπίπληξις τοῦ Παύλου, καὶ ἡ σιωπὴ καὶ συγκατάθεσις τοῦ Πέτρου. Ἓν γὰρ ἐζήτουν ἀμφότεροι, τὸ παῦσαι τοὺς πιστεύοντας εἰς Χριστὸν τοῦ τὸν νόμον ἐπιτηρεῖν.

« Si tu Judæus cum sis, gentiliter vivis, et non Judaice. »

« Εἰ σὺ Ἰουδαῖος ὑπάρχων ἐθνικῶς ζῇς, καὶ οὐχὶ Ἰουδαϊκῶς. »

Id est, observator non es legis, sed quemadmodum illi qui crediderunt ex gentibus, nec Neomenias, nec Sabbata custodis amplius.

Τουτέστιν, Οὐ τηρεῖς τὴν τοῦ νόμου φυλακήν, ἀλλ' ὥσπερ οἱ πιστεύσαντες τῶν ἐθνῶν, οὔτε Νουμηνίας, οὔτε Σάββατα φυλάττεις ἔτι.

« Quomodo ergo gentes cogis judaizare. »

« Πῶς τὰ ἔθνη ἀναγκάζεις Ἰουδαΐζειν; »

162 Atqui ex hoc quoque capite negotii dispensatio pernoscitur. Nam quamvis Petrus neque coegisset, neque suasisset ad Judaicos mores sequendos, hoc tamen Paulus ab ipso factum dixit, quo Petrum objurgando occasionem haberet discipulos erudiendi. Clam vero universa hacce narratione Galatas monet, ut increpationis suæ gravitatem æquo animo tolerent. Nam si Petrus, ex Judæis cum esset, permitteretque judaizare, reprehensus fuit, reprehensionemque admisit tanquam rite factam; multo magis Galatæ, qui, licet essent gentiles, et credidissent in Christum, jugo tamen legis sese rursum mancipaverant, objurgationem ipsius debebant ferre.

Καὶ ἐκ τούτου ἡ οἰκονομία τοῦ πράγματος δείκνυται. Καίτοι γε μὴ ἀναγκάζοντος αὐτοῦ, μήτε πείθοντος Ἰουδαΐζειν τὰ ἔθνη, τοῦτό φησιν ὁ Παῦλος ποιεῖν, ἵνα εὐάφορμος αὐτῷ ὡς ὑπὲρ ἰδίων μαθητῶν ἡ πρὸς τὸν Πέτρον ἐπιτίμησις εὑρεθῇ. Λελῃθότως δὲ διὰ παντὸς τοῦ διηγήματος, παιδεύει Γαλάτας τὸ βαρὺ τῆς ἐπιπλήξεως ῥᾳδίως φέρειν. Εἰ γὰρ ὁ Πέτρος ἐξ Ἰουδαίων ὤν, καὶ Ἰουδαΐζειν πείθων ἐπετιμήθη, καὶ ἤνεγκεν τὴν ἐπιτίμησιν, ὡς καλῶς γινομένην, πολλῷ πλέον Γαλάται ἐξ ἐθνῶντες, καὶ πιστεύσαντες εἰς Χριστὸν, καὶ πάλιν ὑποθέντες ἑαυτοὺς τῇ δουλείᾳ τοῦ νόμου, ἐπιπληττόμενοι δέχεσθαι ὀφείλουσι τὴν ἐπίπληξιν.

Vers. 15, 16. « Nos natura Judæi, et non ex gen-

« Ἡμεῖς φύσει Ἰουδαῖοι, καὶ οὐκ ἐξ ἐθνῶν ἁμαρ-

VARIÆ LECTIONES.

[z] Lego ἀλήθειαν.

τωλοί. Εἰδότες ὅτι οὐ δικαιοῦται ἄνθρωπος ἐξ ἔργων νόμου, ἐὰν μὴ διὰ πίστεως Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἡμεῖς εἰς Χριστὸν Ἰησοῦν ἐπιστεύσαμεν, ἵνα δικαιωθῶμεν ἐκ πίστεως Χριστοῦ, καὶ οὐκ ἐξ ἔργων νόμου, διότι ἐξ ἔργων νόμου οὐ δικαιωθήσεται πᾶσα ἡ σάρξ. »

A tibus peccatores. Scientes quod non justificatur homo ex operibus legis, nisi per fidem Jesu Christi; et nos in Christo Jesu credidimus, ut justificemur ex fide Christi, et non ex operibus legis. Propter quod ex operibus legis non justificabitur omnis caro. »

Κατασκευάσας ἐκ τῶν περὶ Πέτρον τὸ μὴ δεῖν περιτέμνεσθαι, καθολικώτερον τοῦτο κατασκευάζει. Εἰ γὰρ οἱ ἐκ παιδὸς Ἰουδαῖοι, καὶ οὐ προσήλυτοι, ἀλλ' ἐντραφέντες τῷ νόμῳ, τὴν ἀσθένειαν ἑωρακότες τοῦ νόμου εἰς τὸ δικαιῶσαι τὸν ἄνθρωπον, εἰς τὴν διὰ πίστεως μετέστησαν χάριν, πόσῳ μᾶλλον οἱ ἐξ ἀρχῆς μὴ ὄντες τοῦ νόμου, ἀλλ' ἐκ τῶν ἐθνῶν, εἶτα πιστεύσαντες εἰς Χριστὸν, οὐκ ὀφείλουσι προσκλίνειν τῷ ἀσθενοῦντι πρὸς διόρθωσιν νόμῳ.

Postquam ex iis quæ Petro acciderant, comprobavit, non oportere circumcidi, idem evincit generaliori ratione. Nam si qui a puero Judæi sunt, neque proselyti, quinimo enutriti in lege, cognita legis ad hominem justum faciendum infirmitate, ad gratiam quæ fide præstatur, transierunt : quanto potiori jure, qui a principio non erant sub lege, sed ex gentibus, tum deinde in Christum credidere, addicere se non debent legi, quæ rectum reddere non valet.

B

« Εἰ δὲ ζητοῦντες δικαιωθῆναι ἐν Χριστῷ, εὑρέθημεν καὶ αὐτοὶ ἁμαρτωλοί, ἆρα Χριστὸς ἁμαρτίας διάκονος; »

Vers. 17. « Quod si quærentes justificari in Christo, inventi sumus et ipsi peccatores; ergo Christus peccati minister est? »

Ὅρα εἰς ὅσην ἀτοπίαν ἐξάγει τοὺς προσκειμένους τῷ νόμῳ. Εἰ οὐκ ἰσχύει, φησὶν, ἡ εἰς Χριστὸν πίστις δικαιῶσαι, ἀλλὰ ἀνάγκη πάλιν τῷ νόμῳ ἔχεσθαι, τὸν νόμον ἀφέντες διὰ Χριστὸν, καὶ οὐ δικαιούμενοι ἐκ τῆς ἀφέσεως, ἀλλὰ κατακρινόμενοι, τῆς κατακρίσεως εὑρήσομεν αὐτὸν ἡμῖν γινόμενον αἴτιον, δι' ὃν τὸν νόμον ἀφέντες πρὸς τὴν πίστιν ἐδράμομεν.

Videsis in quantam absurditatem illos deducat qui addicti sunt legi. Si fides in Christum non valet facere justum, sed necesse est iterum legi morem gerere, nos qui legem propter Christum deseruimus; nec ejus omissione justi evasimus, sed condemnati, inveniemus plane condemnationis auctorem nobis illum exstitisse, propter quem relicta lege ad fidem cucurrimus.

« Μὴ γένοιτο. »

« Absit. »

Ἑωρακὼς τὴν συμβαίνουσαν ἐκ τοῦ δόγματος ἀτοπίαν, ταχέως ἀποπηδᾷ, τῷ, *Μὴ γένοιτο*, χρώμενος.

Cum videret absurditatem quæ ex doctrina aliorum sequebatur, cito resilit, adhibita hac voce, *Absit.*

C

« Εἰ γὰρ ἃ κατέλυσα, ταῦτα πάλιν οἰκοδομῶ, παραβάτην ἐμαυτὸν συνίστημι. »

Vers. 18. « Si enim quæ destruxi, iterum hæc ædifico, prævaricatorem me constituo. »

Ἐκείνων λεγόντων, ὡς ὁ μὴ φυλάττων τὸν νόμον παραβάτης ἐστὶν, οὕτως ἐκ τοῦ ἐναντίου παραβάτην ἑαυτὸν καλεῖ φυλάττοντα τὸν νόμον. Ὅμοιον δὲ ὡς εἰ λέγοι· Πέπαυται ὁ νόμος, καὶ τοῦτο ὡμολογήσαμεν, δι' ὧν ἀφέντες αὐτὸν ἐπὶ τὴν ἐκ πίστεως κατεφύγομεν σωτηρίαν. Ἂν τοίνυν φιλονεικήσωμεν στῆσαι τὸν νόμον, αὐτῷ τούτῳ παραβάται γινόμεθα, τὰ παρὰ Θεοῦ λυθέντα φιλονεικοῦντες τηρεῖν.

Quia aiebant illi, prævaricatorem esse qui non servaret legem, perinde quoque a contrario ipse se prævaricatorem fore dicit, si legi obsequatur. Ac tale quidpiam ait : Desiit lex, idque professi sumus, ubi dimissa lege ad salutem quæ est ex fide confugimus. Quod si igitur legem roborare contendamus, hoc ipso prævaricatores sumus, qui servare nitamur ea quæ a Deo soluta antiquataque sunt.

« Ἐγὼ γὰρ διὰ νόμου νόμῳ ἀπέθανον, ἵνα Θεῷ ζήσω. Χριστῷ συνεσταύρωμαι. »

Vers. 19. « Ego enim per legem legi mortuus sum, ut Deo vivam. Christo confixus sum cruci. »

Διπλῆν ἔχει τοῦτο θεωρίαν. Ἢ γὰρ νόμον τὸν τῆς χάριτός φησιν, ἢ μόνον τὸν παλαιὸν λέγει, δεικνὺς ὅτι δι' αὐτοῦ τοῦ νόμου νόμῳ ἀπέθανεν. Ὃ δὲ λέγει τοιοῦτόν ἐστιν· Αὐτὸς ὁ νόμος με ἐξήγαγεν εἰς τὸ προσέχειν αὐτῷ. Εἰ τοίνυν μέλλοιμι αὐτῷ προσέχειν, καὶ αὐτὸν παραβαίνω· πῶς, καὶ τίνι τρόπῳ Μωϋσῆς εἶπεν· *Ὅτι προφήτην ἀναστήσει ὑμῖν Κύριος ἐκ τῶν ἀδελφῶν ὑμῶν ὡς ἐμέ· αὐτοῦ ἀκούσεσθε*, περὶ Χριστοῦ λέγων; Ὥστε οἱ μὴ τούτῳ πειθόμενοι, παραβαίνουσι τὸν νόμον. Τί δέ ἐστι, *τῷ νόμῳ ἀπέθανον*; Ὥσπερ τὸν νεκρὸν οὐκ ἔστιν ὑπαγαγεῖν[a] ταῖς ἐντολαῖς τοῦ νόμου, οὕτως οὐδὲ

Duplex dicti hujus consideratio est. Vel enim gratiæ legem dicit, vel legem antiquam, ubi ostendit per legem se mortuum esse legi. Quod autem ait, hunc sensum habet. Lex ipsa me deterruit ne sibi obtemperarem : unde si ipsi auscultavero, legem ipsam violo. Quinam vero, quave **163** ratione, Moyses effatus est : *Quia prophetam suscitabit vobis Dominus de fratribus vestris, sicut me : ipsum audietis*[19]; quæ de Christo dicta sunt? Qui ergo huic quidem non obsequuntur, legem violant. Quid autem hoc est, *legi mortuus sum?* Quemadmodum utique fieri non potest ut qui mortem obiit

[19] Deut. XVIII, 15.

VARIÆ LECTIONES.

[a] Lego ex Chrysost. ὑπακούειν.

præceptis legis subjiciatur, ita nec ego, qui male-dictione legis mortuus sum. Lex quippe diris et maledictioni addicit illum, qui omnia non impleverit quæ lege præscripta sunt. Nemini autem hoc possibile erat.

A ἐμὲ τὸν ἐκ τῆς κατάρας τοῦ νόμου τῆς ἐκείνου τελευτήσαντα. Ὁ γὰρ νόμος ἐπικατάρατον ἐποίει πάντα τὸν μὴ πληροῦντα τὰ ἐν τῷ νόμῳ. Οὐδεὶς δὲ δυνατὸς πληρῶσαι ἦν.

Vers. 20. « Vivo autem, jam non ego : vivit vero in me Christus. Quod autem nunc vivo in carne, in fide vivo Filii Dei, qui dilexit me, et tradidit semetipsum pro me. »

« Ζῶ δὲ, οὐκ ἔτι ἐγὼ, ζῇ δὲ ἐν ἐμοὶ Χριστός. Ὃ δὲ νῦν ζῶ ἐν σαρκὶ, ἐν πίστει ζῶ τῇ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, τοῦ ἀγαπήσαντός με, καὶ παραδόντος ἑαυτὸν ὑπὲρ ἐμοῦ. »

Jam non legi vivo, inquit, neque secundum legem.

Τῷ νόμῳ, φησὶν, ἢ ὅσον κατὰ τὸν νόμον.

Vers. 21. « Non abjicio gratiam Dei. »

« Οὐκ ἀθετῶ τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ. »

Per gratiam, inquit, liber evasi. Nequaquam ergo ad legem redeundo, gratiæ injuriam infero, ac si non valeret vitam præstare.

Διὰ τῆς χάριτος ἠλευθέρωμαι, φησίν. Οὐκοῦν οὐχ ὑποστρέφων πάλιν εἰς τὸν νόμον, ὑβρίζω τὴν χάριν, ὡς μὴ δυναμένην ζωοποιεῖν.

« Si enim per legem justitia; ergo Christus gratis mortuus est. » B

« Εἰ γὰρ διὰ νόμου δικαιοσύνη, ἄρα Χριστὸς δωρεὰν ἀπέθανεν. »

Christus mortuus est pro nobis, inquit, ut nos excitaret, justitiam præbens, et peccatum e medio auferens. Sin vero, quicunque circumcisionem suadent, per legem justum hominem fieri asserunt, supervacanea est mors Christi.

Ἀπέθανε, φησὶν, ὑπὲρ ἡμῶν ὁ Χριστὸς, ἵνα ἡμᾶς ἀναστήσῃ, δικαιώσας, καὶ τὴν ἁμαρτίαν ποιήσῃ ἐκ μέσου. Εἰ δὲ ὅσοι περιτέμνειν πείθοντες, λέγουσιν ἐν νόμῳ δικαιοῦσθαι τὸν ἄνθρωπον, περιττὸς ὁ Χριστοῦ θάνατος γέγονεν.

CAP. III.

ΚΕΦΑΛ. Γ'.

Vers. 1. « O insensati Galatæ. »

« Ὦ ἀνόητοι Γαλάται. »

Ostensa absurditate et Dei injuria, præfidenter addit objurgationem.

Δείξας τὸ ἄτοπον καὶ τὸ βλάσφημον, θαῤῥῶν ἐπήγαγε τὴν ἐπίπληξιν.

« Quis vobis invidit, ne obediretis veritati? »

« Τίς ὑμᾶς ἐβάσκανεν τῇ ἀληθείᾳ μὴ πείθεσθαι; »

Demonstrat eos felices exstitisse, quandiu fidem tenuerant. Invidentia quippe lacessi non dicuntur, C nisi quibus res prospere succedunt. Atqui his verbis rursus eos revocat ad gratiam, quæ fide paratur.

Ἔδειξεν καλῶς πράττοντας πειθομένους τῇ πίστει. Εἰ μὴ γὰρ τῶν πραττόντων καλῶς ἡ βασκανία οὐ λέγεται. Τοῦτο δὲ λέγων, ἐκκαλεῖται πάλιν εἰς τὴν διὰ πίστεως χάριν.

« Ante quorum oculos Jesus Christus præscriptus est, in vobis crucifixus. [Vers. 2.] Hoc solum a vobis volo discere. »

« Οἷς κατ' ὀφθαλμοὺς Ἰησοῦς Χριστὸς προεγράφη ἐν ὑμῖν ἐσταυρωμένος. Τοῦτο μόνον θέλω μαθεῖν ἀφ' ὑμῶν. »

In memoriam eos perpetuo revocat mortis et crucis, per quæ deleto peccato vixinus. Cum autem ait : *Ante oculos præscriptus est*, significat insatiabilem quondam fuisse eorum erga Christum amorem, ita ut ejus mysterium ante oculos ipsorum indesinenter versaretur.

Συνεχῶς ἀναμιμνήσκει αὐτοὺς τοῦ θανάτου καὶ τοῦ σταυροῦ, δι' οὗ τῆς ἁμαρτίας ἀπαλλαγέντες ἐζήσαμεν. Τὸ δὲ, *Προεγράφη πρὸ ὀφθαλμῶν*, εἴρηκε, δεικνὺς τὸν ἄπληστον αὐτῶν πρόπαρον περὶ τὸν Χριστὸν πόθον, ὡς διὰ παντὸς ἐν ὀφθαλμοῖς ὁρᾶν τὸ μυστήριον.

« Ex operibus legis Spiritum accepistis; an ex auditu fidei? [Vers. 3.] Sic stulti estis. »

« Ἐξ ἔργων νόμου τὸ Πνεῦμα ἐλάβετε, ἢ ἐξ ἀκοῆς πίστεως; Οὕτως ἀνόητοί ἐστε. » D

Plurimi eorum qui in Christo baptizati erant, et acceperant Spiritum sanctum, multas operationes per ipsum præstabant, et magna prodigia. Hæc igitur eis commemorat. Si lege divina miracula patrare concessum non est, sed gratia Spiritus, cur relicto illo qui tanta hæc præbuit, confugiatis ad legem, quæ viribus deficitur?

Πολλοὶ τῶν βαπτισθέντων εἰς Χριστὸν, καὶ λαβόντων Πνεῦμα ἅγιον πολλὰς ἐνεργείας ἐποίουν δι' αὐτοῦ καὶ σημεῖα μεγάλα. Αὐτῶν οὖν ἐκείνων αὐτοὺς ἀναμιμνήσκει. Εἰ τὰς θεοσημείας, φησὶν, οὐχ ὁ νόμος παρέσχε ποιεῖν, ἀλλ' ἡ τοῦ Πνεύματος χάρις, πῶς τὸν τὰ τηλικαῦτα παρεσχηκότα ἀφέντες, ἐπὶ τὸν ἀσθενοῦντα κατατρέχετε νόμον;

« Ut cum spiritu cœperitis, nunc carne consummemini? »

« Ἐναρξάμενοι πνεύματι, νῦν σαρκὶ ἐπιτελεῖσθε; »

Ostendit eos ordinem invertisse. A spiritalibus enim ad spiritualiora proceditur : contra vero illi, acceptis primum spiritualibus, ad carnalia transierant, ad circumcisionem scilicet. Bene vero dicit, *consummamini* : id quod posuit ac si

Ἔδειξεν αὐτοὺς τὴν τάξιν ἀντι[σ]τρέψαντας. Ἀπὸ γὰρ τῶν σωματικῶν ἐπὶ τὰ πνευματικώτερα ἔρχεται· οἱ δὲ τοὐναντίον, πρῶτον λαβόντες τὰ πνευματικὰ, μετέστησαν εἰς τὰ σαρκικὰ, τὴν περιτομήν φημι. Εὖ δὲ καὶ τὸ, *ἐπιτελεῖσθε*, ὡς ἐπὶ ἀλόγων,

αὐτοῖς παρέθηκεν, ὡς εἰ ἔλεγε σαφέστερον· Ὥσπερ ἄλογα θρέμματα παρέχετε ἑαυτοὺς εἰς τὸ κατατέμνεσθαι.

« Τοσαῦτα ἐπάθετε εἰκῇ; Εἴ γε καὶ εἰκῇ. »

Τῶν ἀγώνων ἐκείνων καὶ τῶν ἄθλων αὐτοὺς ἀναμιμνήσκει, ὧν ἔπαθον διὰ τὸ κήρυγμα. Λέγει οὖν· Μὴ τὸν πρότερον ὑμῶν ἐκεῖνον πάντα κόπον ἀργὸν ἐργάσησθε. Τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ, *Εἴ γε καὶ εἰκῇ*, ἀντὶ τοῦ, Εἰ μὴ μετανοήσαντες αὐτὸν φυλάξητε.

« Ὁ οὖν ἐπιχορηγῶν ὑμῖν τὸ Πνεῦμα, καὶ ἐνεργῶν δυνάμεις ἐν ὑμῖν, ἐξ ἔργων νόμου, ἢ ἐξ ἀκοῆς πίστεως; »

Ὃ εἶπεν ἀνωτέρω, καὶ νυνὶ ἐπιλαμβάνει, ἐκδυσωπῶν αὐτοὺς τῇ δωρεᾷ ὧν εἰλήφεσαν χαρισμάτων. B

« Καθὼς Ἀβραὰμ ἐπίστευσε τῷ Θεῷ, καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην. »

Ἐπειδὴ οἱ Ἰουδαΐζειν ἀναγκάζοντες, πρεσβύτερον ἔλεγον τὸν νόμον τῆς πίστεως, ἐκ τοῦ ἐναντίου δείκνυσιν ὁ Παῦλος πρεσβυτέραν τὴν πίστιν ἐκ τῆς περιτομῆς. Καὶ ἐπειδὴ μέγα ἐφρόνουν τῷ προπάτορι Ἀβραὰμ, καὶ ἐκ τούτου πάλιν αὐτοὺς ἐκδυσωπεῖ. Εἰ γὰρ Ἀβραὰμ ἐφ' ᾧ φρονοῦσι μέγα, φαίνεται πρῶτος τὴν πίστιν δεξάμενος, καὶ δι' αὐτῆς φίλος προσηγορευόμενος Θεοῦ, πόσῳ μᾶλλον οὗτοι προσδραμοῦνται αὐτῇ, εἴ γε τὴν ἐκείνου αὐχοῦσι συγγένειαν.

« Γινώσκετε ἄρα ὅτι οἱ ἐκ πίστεως, οὗτοί εἰσιν υἱοὶ Ἀβραάμ. » C

Δείκνυσιν τὰ ἔθνη μᾶλλον διὰ τῆς πίστεως αὐχοῦντα πατέρα τὸν Ἀβραὰμ, ἢ τοὺς ἐκ περιτομῆς. Τὸν γὰρ Ἀβραὰμ φίλον ἐποίησε Θεοῦ ἡ πίστις, οὐχ ἡ περιτομὴ, εἴ γε σφραγὶς καὶ σημεῖον τῆς πίστεως γέγονεν ἡ περιτομή· τὸ δὲ σημεῖον ἐκείνου οὗ ἐστι σημεῖον, ἔλασσόν ἐστιν, ὥστε οἱ ἐκ πίστεως, μᾶλλον κληθεῖεν εἰκότως τοῦ Ἀβραὰμ υἱοὶ, ἢ οἱ ἐκ τῆς περιτομῆς, καὶ τοσούτῳ ὅσῳ χρυσὸς τῆς σφραγίδος αὐτοῦ.

« Προϊδοῦσα ἡ Γραφὴ, ὅτι ἐκ πίστεως δικαιοῖ τὰ ἔθνη ὁ Θεός. »

Ἵνα μὴ δόξῃ ἐνθυμηματικῶς τοῦτο κατασκευάζειν, καὶ τὴν Γραφὴν περὶ τούτου μαρτυροῦσαν φέρει.

« Προευηγγελίσατο τῷ Ἀβραάμ. » D

Ὅρα πῶς τὴν περὶ τῶν ἐθνῶν συγγένειαν γινομένην πρὸς Ἀβραὰμ, *Εὐαγγέλιον* ἐκάλεσεν ἡ Γραφή.

« Ὅτι ἐνευλογηθήσονται ἐν σοὶ πάντα τὰ ἔθνη. Ὥστε οἱ ἐκ πίστεως εὐλογοῦνται σὺν τῷ πιστῷ Ἀβραάμ. »

Διὰ τῆς ὁμοίας πίστεως.

« Ὅσοι γὰρ ἐξ ἔργων νόμου εἰσὶν, ὑπὸ κατάραν εἰσίν. Γέγραπται γὰρ, ὅτι Ἐπικατάρατος πᾶς ὃς οὐκ ἐμμένει πᾶσι τοῖς γεγραμμένοις ἐν τῷ βιβλίῳ τοῦ νόμου τοῦ ποιῆσαι αὐτά. »

Δείξας ὡς ἡ πίστις τὰ ἔθνη δικαιοῖ, καὶ τούτου μαρτυρίαν ἐκ τῆς θείας Γραφῆς δεδωκὼς, δείκνυ-

de pecudibus sermo foret. Velut si manifestius diceret : Pecudum instar vos ipsi concidendos offertis. A

Vers. 4. « Tanta passi estis sine causa? Si tamen sine causa. »

Memoriam refricat agonum et certaminum illorum, quæ propter prædicationem obierant. Ait ergo : Nolite pristinum illum omnem laborem inutilem et vanum reddere. Hoc enim verbis istis significatur : *Si tamen sine causa*; id est nisi factum mutando integrum eum custodiatis.

Vers. 5. « Qui ergo tribuit vobis Spiritum, et operatur virtutes in vobis, ex operibus legis, an ex auditu fidei? »

Nunc quoque resumit illud quod supra dixerat, ut eos pudefaciat, objecto munere gratiarum quas acceperant. B

Vers. 6. « Sicut Abraham credidit Deo, et reputatum est illi ad justitiam. »

Quandoquidem, qui judaizare cogebant, legem antiquiorem esse fide garriebant; contra Paulus ex circumcisionis sanctione evincit fidem esse antiquiorem. Et quia proavo Abraham admodum superbiebant, ex ipsomet pudorem eis rursum injicit. Nam si Abraham cujus gratia multum arrogant sibi primum habuisse fidem reperitur, perque eam amicus Dei nuncupatus est; quanto magis ad eam isti deberent accurrere, si consanguinitate illius gloriantur.

Vers. 7. « Cognoscite ergo, quia qui ex fide sunt, ii sunt filii Abrahæ. » C

Ostendit gentiles Abrahamum sibi potiori jure parentem ratione fidei vindicare, quam qui ex circumcisione essent. Fides quippe Abraham amicum fecit Dei, non circumcisio. Siquidem circumcisio signaculum et nota fidei exstitit : nota autem minor est eo cujus est nota : quocirca qui ex fide sunt, rectius appellentur Abrahami filii, quam qui ex circumcisione : eo magis quod aurum signaculo suo pretiosius est.

Vers. 8. « Providens Scriptura, quia ex fide justificat gentes Deus. »

Ne videatur argumentationibus hoc astruere, Scripturam quoque testem adducit.

« Præmuntiavit Abrahæ. » D

Videsis quomodo Scriptura peractam gentium cum Abraham consanguinitatem, Εὐαγγέλιον, sive bonum nuntium vocavit.

« Quia benedicentur in te omnes gentes. [Vers 9.] Igitur qui ex fide sunt, benedicentur cum fideli Abraham. »

Ob consimilem fidem.

Vers. 10. « Quicunque enim ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt. Scriptum est enim : Maledictus omnis qui non permanserit in omnibus quæ scripta sunt in libro legis, ut faciat ea. »

Postquam probavit per fidem gentes justitiam **165** adipisci, ejusque rei testimonium ex Scri-

ptura protulit, ostendit insuper maledictos esse A qui legi pertinaciter adhærescunt.

VERS. 11, 12. « Quoniam autem in lege nemo justificatur apud Deum, manifestum est quia justus ex fide vivet. Lex autem non est ex fide : sed qui fecerit ea, vivet in illis. »

Hoc ceu ratum firmumque statuit, neminem in lege justum evadere. Cum enim præfatus sit, maledictum esse quicunque totam legem non impleverit, nec fieri posse ut hanc impleat homo; idcirco audacter sententiam pronuntiavit :

VERS. 13. « Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum : quia scriptum est : Maledictus omnis qui pendet in ligno. »

Obnoxius quidem populus erat maledictioni, B qua condemnabatur quisquis non permaneret in omnibus quæ scripta essent in libro legis [30]. Christus vero imprecationem hanc altera permutavit, qua ferebatur : *Maledictus omnis qui pendet in ligno* [31]. Quoniam ergo, tum ille qui pendet is maledictus est, tum ille qui legem violat, est quoque maledictus ; neque consentaneum erat, ut qui exsecrationem hanc solveret, eidem subjectus foret : sed oportebat ut exsecrationem istam in sese reciperet pro altera, qua damnatus erat qui in iis quæ scripta sunt non permaneret : eapropter ab hac quidem immunis fuit. *Non enim dolus inventus fuit in ore ejus* [32] : illam vero admisit, cui devovebatur omnis qui penderet in ligno, perque istam sustulit aliam : et sicut uno quopiam morti addicto, si quis insons illius vice sponte mori velit, hunc pœna eripit, consimili etiam modo Christus fecit. Itaque quemadmodum sine crimine mortem obeundo, a morte exemit illos qui morti erant obnoxii, ita quoque exsecrationem subiens, ab exsecratione illos liberavit.

VERS. 14. « Ut in gentibus benedictio Abrahæ fieret in Christo Jesu. »

Quomodo in gentibus? *In semine*, inquit, *tuo benedicentur gentes* [33]; hoc est in Domino. Enimvero ut ipse alicubi ait : *Non dixit, in seminibus, quasi in multis ; sed in semine tuo, quasi in uno, hoc est Christo* [34]. Nam fieri non poterat ut per Judæos gentes benedicerentur. Quo enim pacto qui ex lege D diris devoti fuerunt, auctores aliis benedictionis forent.

« Ut pollicitationem Spiritus accipiamus per fidem. »

Nam quia possibile non erat ut gratia Spiritus ad immundum et nocentem derivaretur, exsecratione sublata, primum benedicuntur, deinde justitia per fidem accepta, Spiritus gratiam attrahunt. Atque adeo crux quidem exsecrationem solvit, fides vero justitiam præstitit, et justitia gratiam Spiritus allexit.

VERS. 15-18. « Secundum hominem dico, fratres,

σιν ὡς καὶ κατάρατοι γίνονται οἱ ἐμμένοντες τῷ νόμῳ.

« Ὅτι δὲ ἐν νόμῳ οὐδεὶς δικαιοῦται παρὰ τῷ Θεῷ, δῆλον ὅτι ὁ δίκαιος ἐκ πίστεως ζήσεται. Ὁ δὲ νόμος οὐκ ἔστιν ἐκ πίστεως, ἀλλὰ ὁ ποιήσας αὐτὰ, ζήσεται ἐν αὐτοῖς. »

Ὡς ὁμολογούμενον ἐδέξατο τὸ μὴ δικαιοῦσθαι ἐν νόμῳ τινά. Ἐπειδὴ γὰρ προεῖπεν, ἐπικατάρατον ὄντα τὸν μὴ πληροῦντα πάντα τὸν νόμον, ἀδύνατον δὲ ἦν ἄνθρωπον πληρῶσαι αὐτὸν, τούτου χάριν θαρρῶν ἀπεφήνατο·

« Χριστὸς ὑμᾶς ἐξηγόρασεν ἐκ τῆς κατάρας τοῦ νόμου, γενόμενος ὑπὲρ ἡμῶν κατάρα· ὅτι γέγραπται· Ἐπικατάρατος πᾶς ὁ κρεμάμενος ἐπὶ ξύλου. »

Ὁ μὲν λαὸς κατάρᾳ ὑπεύθυνος ἦν τῇ καταδικαζούσῃ τὸν μὴ ἐμμένοντα πᾶσι τοῖς γεγραμμένοις ἐν τῷ βιβλίῳ τοῦ νόμου. Ὁ δὲ Χριστὸς ἑτέραν κατάραν ταύτης ἀντηλλάξατο τὴν λέγουσαν· *Ἐπικατάρατος πᾶς ὁ κρεμάμενος ἐπὶ ξύλου.* Ἐπεὶ οὖν καὶ ὁ κρεμάμενος ἐπικατάρατος, καὶ ὁ τὸν νόμον παραβαίνων ἐπικατάρατος, τὸν μέλλοντα δὲ ἐκείνην λύειν τὴν κατάραν, ὑπεύθυνον οὐκ ἔδει γενέσθαι αὐτῇ, ἔδει δὲ δέξασθαι κατάραν ἀντ' ἐκείνης, τῆς καταδικαζούσης λέγω, τὸν μὴ ἐμμένοντα πᾶσι τοῖς γεγραμμένοις, τούτου χάριν, τῆς μὲν ἐλεύθερος γέγονεν. *Οὐχ εὑρέθη γὰρ δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ·* ταύτην δὲ ἔλαβεν, τὴν ὑπεύθυνον ἑαυτῇ ποιοῦσαν τὸν κρεμάμενον ἐπὶ ξύλου, καὶ δι' αὐτῆς ἐκείνην ἔλυσεν· καὶ καθάπερ τινὸς καταδικασθέντος ἀποθανεῖν, ἕτερος ἀνεύθυνος ἑλόμενος ὑπὲρ ἐκείνου ἀποθανεῖν ἐξαρπάζει τῆς τιμωρίας αὐτὸν, οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς ἐποίησεν· ὥσπερ οὖν ὁ ἀποθανὼν ἀνεύθυνος τοὺς ἀποθανεῖν μέλλοντας ἐξείλετο θανάτου τῷ ἑαυτοῦ θανάτῳ, οὕτω καὶ κατάραν δεξάμενος ὁ Χριστὸς, τῆς κατάρας ἀπήλλαξεν.

« Ἵνα εἰς τὰ ἔθνη ἡ εὐλογία τοῦ Ἀβραὰμ γένηται ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. »

Πῶς εἰς τὰ ἔθνη; *Ἐν τῷ σπέρματί σου*, φησὶν, *εὐλογηθήσονται τὰ ἔθνη*, τουτέστι Κυρίου. Ὡς γὰρ αὐτός που φησιν· Οὐκ εἶπε, *Καὶ τοῖς σπέρμασί σου, ὡς ἐπὶ πολλῶν, ἀλλὰ, Τῷ σπέρματί σου, ὡς ἐφ' ἑνὸς, τουτέστι Χριστῷ.* Οὐδὲ γὰρ δυνατὸν ἦν διὰ τῶν Ἰουδαίων εὐλογεῖσθαι τὰ ἔθνη. Πῶς γὰρ οἱ ἐκ τοῦ νόμου ὄντες ἐπικατάρατοι, ἑτέροις εὐλογίας γίνονται πρόξενοι;

« Ἵνα τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ Πνεύματος λάβωμεν διὰ τῆς πίστεως. »

Ἐπειδὴ γὰρ οὐκ ἦν τὴν χάριν τοῦ Πνεύματος εἰς ἀκάθαρτον καὶ προσκεκρουκότα ἐλθεῖν, εὐλογοῦνται πρῶτον, τῆς κατάρας ἀφαιρεθείσης· εἶτα διὰ τῆς πίστεως δικαιωθέντες ἐπισπῶνται τοῦ Πνεύματος τὴν χάριν. Ὥστε ὁ μὲν σταυρὸς τὴν κατάραν ἔλυσεν, ἡ δὲ πίστις τὴν δικαιοσύνην εἰσήγαγεν, ἡ δὲ δικαιοσύνη τὴν χάριν τοῦ Πνεύματος ἐπεσπάσατο.

« Κατὰ ἄνθρωπον λέγω, ἀδελφοί· ὅμως ἀνθρώπου

[30] Deut. xxvii, 26 [31] Deut. xxi, 28. [32] Isa. liii, 9. [33] Gen. xxii, 18. [34] Vide infra, v. 16.

κεκυρωμένην διαθήκην οὐδεὶς ἀθετεῖ, ἢ ἐπιδιατάσσεται. Τῷ δὲ Ἀβραὰμ ἐρρέθησαν αἱ ἐπαγγελίαι, καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ. Οὐ λέγει, Καὶ τοῖς σπέρμασιν, ὡς ἐπὶ πολλῶν, ἀλλ' ὡς ἐφ' ἑνός, Καὶ τῷ σπέρματί σου, ὅς ἐστι Χριστός. Τοῦτο δὲ λέγω, διαθήκην προκεκυρωμένην ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, ὁ μετὰ τετρακόσια καὶ τριάκοντα ἔτη γεγονὼς νόμος οὐκ ἀκυροῖ εἰς τὸ καταργῆσαι τὴν ἐπαγγελίαν. Εἰ γὰρ ἐκ νόμου ἡ κληρονομία, οὐκέτι ἐξ ἐπαγγελίας. Τῷ δὲ Ἀβραὰμ δι' ἐπαγγελίας κεχάρισται ὁ Θεός. »

Videtur proponere rationem quæ prohibeat adversus alium gloriari. Cæterum gloriabundum corrigit, ne sibi valde placeat, revocans illum ad propriorum peccatorum considerationem, adhibito insuper *oneris* et sarcinæ nomine, quo conscientiam illius premat.

Vers. 6-9. « Communicet autem is qui catechizatur verbo, ei qui se catechizat, in omnibus bonis. Nolite errare, Deus non irridetur. Quæ enim seminaverit homo, hæc et metet. Quoniam qui seminat de carne sua, de carne metet corruptionem. Qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet vitam æternam. Bonum autem facientes non deficiamus. »

Hoc rursum loci de doctoribus loquitur, quos a discipulis suis multa sollicitudine curari vult : quippe cum ita fieri Christus ipse sanxerit. Quare vero? audias. Quoniam ob docendi auctoritatem fastu inflabantur illi qui ea ornati erant ; horum ut compesceret arrogantiam, in hanc eos necessitatem coegit, ut ipsi discipulis opus haberent : illis vero rursum præbet occasionem ut ad bene de aliis merendum faciliores fiant, ipsos exercens ad benevolentiam erga magistros præstandam. Ait autem, *in omnibus bonis*, ut omnem in eos liberalitatem impendant.

« Tempore enim suo metemus non deficientes. »

Non uti carnalis messor, inquit, qui nihil fructuum percipit, quamlibet metendo multum laboret, sic est spiritualis. Ilic enim quiete multa potitur.

Vers. 10. « Ergo dum tempus habemus, operemur bonum **176** ad omnes, maxime ad domesticos fidei. »

Hortatur ut festinationem et diligentiam adhibeant ad eleemosynam erogandam. Non enim in potestate nostra est semper et ubique misereri. Quando enim ex hoc sæculo egressi erimus, etsi millies volemus, nihil ultra perficiemus. Ait autem, *ad omnes*, ad differentiam Judaicæ humilitatis. Nam omnia charitatis illorum officia in contribules solum impendebantur : at gratiæ humanitas, terram pariter et mare ad beneficentiæ participationem invitat, ut tamen copiosiorem erga domesticos fidei sollicitudinem præferat.

Vers. 11. « Videte qualibus litteris scripsi vobis mea manu. »

Suadet ut totum sermonem suum excipiant, dicendoque, *qualibus*, et, *manu mea*, sublimita-

tem doctrinæ suæ significat. Ad hæc aliud quoque innuit. Quodnam vero istud? quoniam hanc ipsi calumniam struebant, ac si cum circumcisionem profiteretur, simularet tamen non profiteri; ideo compulsus est epistolam manu propria scribere; apud eos testimonium deponens sua exaratum manu.

A κατασημάνας, καὶ τὸ, *τῇ ἐμῇ χειρί*· καὶ ἄλλο καὶ διὰ τούτου δηλοῦται. Ποῖον; Ἐπειδὴ συκοφαντοῦντες αὐτὸν ἔλεγον περιτομὴν αὐτὸν καταγγέλλειν, καὶ ὑποκρίνεσθαι, ὡς οὐ καταγγέλλει, διὰ τοῦτο ἠναγκάσθη ἰδιόγραφον ποιήσασθαι τὴν ἐπιστολήν, μαρτυρίαν ἔγγραφον ἀποθέμενος.

Vers. 12. « Quicunque volunt placere in carne, hi cogunt vos circumcidi. »

« Ὅσοι θέλουσιν εὐπροσωπῆσαι ἐν σαρκὶ, οὗτοι ἀναγκάζουσιν ὑμᾶς περιτέμνεσθαι. »

Demonstrat illos gloriæ duntaxat studio prædicationi operam dare, non quod hoc munus exsequi ipsis incumberet.

Δείκνυσι κἀκείνους διὰ φιλοδοξίαν μόνον ποιουμένους τὸ κήρυγμα, οὐ δι' αὐτὸ τὸ οὕτως ὀφεῖλον γενέσθαι [c].

« Tantum ut crucis persecutionem non patiantur. »

« Μόνον ἵνα μὴ τῷ σταυρῷ τοῦ Χριστοῦ διώκωνται. »

Altera rursum causa cur non ex animo prædicent, hæc est, ne a Judæis exagitentur. Atqui B sive timore, sive ambitione id præstent, proinde non tanquam debitum. Quamobrem etsi prædicant circumcisionem non tamen uti necessariam.

Ἑτέρα πάλιν αἰτία τοῦ μὴ ἀπὸ γνώμης κηρύττειν αὐτοὺς, τὸ μὴ διώκεσθαι παρὰ τῶν Ἰουδαίων αὐτούς· τὸ δὲ κατὰ φόβον, ἢ κατὰ κενοδοξίαν γινόμενον, τοῦτο οὐχ ὡς ὀφειλόμενον πράττεται. Οὐκοῦν εἰ καὶ κηρύσσεται περιτομὴ παρ' αὐτῶν, οὐχ ὡς ἀναγκαία κηρύσσεται.

Vers. 13. « Neque enim qui circumciduntur, legem custodiunt, sed volunt vos circumcidi. »

« Οὐδὲ γὰρ οἱ περιτεμνόμενοι, αὐτοὶ νόμον φυλάσσουσιν, ἀλλὰ θέλουσιν ὑμᾶς περιτέμνεσθαι. »

Demonstratio hæc est, eos non ex animo prædicare; quandoquidem non ea quæ prædicant, observant.

Ἀπόδειξις τοῦ μὴ κατὰ γνώμην κηρύσσειν αὐτοὺς, τὸ μὴ φυλάττειν αὐτοὺς ταῦτα ἃ κηρύσσουσιν.

« Ut in carne vestra glorientur. »

« Ἵνα ἐν τῇ ὑμετέρᾳ σαρκὶ καυχήσωνται. »

Eo quod discipulos habeant, et doctores sint.

Μαθητὰς ἔχοντες, καὶ ὄντες διδάσκαλοι.

Vers. 14. « Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi. »

« Ἐμοὶ δὲ μὴ γένοιτο καυχᾶσθαι, εἰ μὴ ἐν τῷ σταυρῷ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. »

Quid est cruce gloriari? quod Christus forma servi accepta passus est; passus, inquam, propter C ine, qui servus eram, qui hostis, qui insanus et ingratus. Sic me dilexit, ut seipsum tradiderit.

Τί ἐστι τὸ καύχημα τοῦ σταυροῦ; ὅτι ὁ Χριστὸς δούλου μορφὴν ἔλαβεν, καὶ ἔπαθεν, ἅπερ ἔπαθεν δι' ἐμὲ τὸν δοῦλον, τὸν ἐχθρὸν, τὸν ἄφρονα· οὕτω με ἠγάπησεν, ὡς ἑαυτὸν ἐκδοῦναι.

« Per quem mihi mundus crucifixus est. »

« Δι' οὗ ἐμοὶ κόσμος ἐσταύρωται. »

Mundum vocat res hujus sæculi, hominum laudes, satellitium, gloriam. Isthæc, inquit, tam splendida, tam magnifica, mihi mortua facta sunt.

Κόσμον, τὰ βιωτικὰ πράγματά φησιν· τὸν ἔπαινον τὸν παρὰ ἀνθρώπων, τὴν δορυφορίαν, τὴν δόξαν. Ταῦτα, φησὶν, ἐμοὶ νεκρὰ γέγονε, τὰ οὕτω λαμπρὰ καὶ μεγάλα.

« Et ego mundo. »

« Κἀγὼ τῷ κόσμῳ. »

Duplicem mortem innuit: scilicet, quia tum illa mihi mortua sunt, tum ego illis, ita ut neque me valeant interimere, neque superare: quippe **177** quæ semel mortua sint; nec ego eorum possum desiderio teneri: nam et ipsis egomet quoque mortuus sum.

Διπλῆν τὴν νέκρωσιν λέγει, ὅτι καὶ ἐκεῖνα ἐμοὶ νεκρὰ, καὶ ἐγὼ ἐκείνοις, καὶ οὔτε αὐτὰ ἀνελεῖν με δύνανται, καὶ χειρώσασθαι· νεκρὰ γάρ ἐστιν ἅπαξ· οὔτε ἐγὼ ἐπιθυμῆσαι αὐτῶν· νεκρὸς γὰρ αὐτοῖς εἰμι κἀγώ.

Vers. 15. « In Christo enim Jesu neque circumcisio aliquid valet, neque præputium, sed nova creatura. »

« Ἐν γὰρ Χριστῷ Ἰησοῦ οὔτε περιτομή τι ἰσχύει, οὔτε ἀκροβυστία, ἀλλὰ καινὴ κτίσις. »

Vide quantam virtutem attribuit cruci, quæ non solum res omnes mundanas ipsi mortuas reddiderit, sed et ipsum veteri instituto longe celsiorem fecerit. Atqui *novam creaturam* dicit, quæ per fidem edita est.

Βλέπε πόσην κηρύττει τὴν δύναμιν τοῦ σταυροῦ· οὐ γὰρ δὴ μόνον τὰ τοῦ κόσμου πράγματα ἐνέκρωσεν ἐν ἑαυτῷ πάντα, ἀλλὰ καὶ τῆς πολιτείας τῆς παλαιᾶς ἀνωτέρω πολλῷ κατέστησεν. Λέγει δὲ τὴν *καινὴν κτίσιν*, τὴν δεδημένην διὰ πίστεως.

Vers. 16. « Et quicunque hanc regulam secuti fuerint, pax super illos et misericordia, et super Israel Dei. »

« Καὶ ὅσοι τῷ κανόνι τούτῳ στοιχήσουσιν, εἰρήνη ἐπ' αὐτοὺς, καὶ ἔλεος, καὶ ἐπὶ τὸν Ἰσραὴλ τοῦ Θεοῦ. »

VARIÆ LECTIONES.

[c] Inconcinna prorsus dictio, quæ sic restitui possit: Ὃ οὐχ οὕτως; ὤφειλεν γενέσθαι.

Οἱ ταῦτα διώκοντες, φησὶν, οὗτοι καὶ εἰρήνης, καὶ φιλανθρωπίας ἀπολαύοντες, καὶ τῷ τοῦ Ἰσραὴλ ὀνόματι κυρίως ἂν καλοῖντο. A

« Τοῦ λοιποῦ κόπους μοι μηδεὶς παρεχέτω. »

Ἐνταῦθα οὐχ ὡς καμὼν, οὐδὲ ὡς περικακήσας ταῦτα φθέγγεται, ἀλλὰ ἀναστέλλων αὐτῶν τὴν ῥᾳθυμον γνώμην, καὶ εἰς φόβον πλείονα ἐμβαλὼν, καὶ πηγνὺς τοὺς παρ' αὐτοῦ τεθέντας νόμους, καὶ οὐ συγχωρῶν αὐτοὺς ἀεὶ κινεῖν.

« Ἐγὼ γὰρ τὰ στίγματα τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ ἐν τῷ σώματί μου βαστάζω. »

Παντὸς λόγου καὶ πάσης φωνῆς, φησὶ, λαμπρότερον διὰ τῶν στιγμάτων ἀπολογοῦμαι πρὸς τοὺς λέγοντας ὑποκρίνεσθαί με τὸ δόγμα, καὶ πρὸς ἀνθρωπαρεσκίαν λέγειν. *Στίγματα* τὰς πληγὰς λέγει, τὰ τραύματα, τὰ διὰ τὸν Χριστόν. B

« Ἡ χάρις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μετὰ τοῦ πνεύματος ὑμῶν, ἀδελφοί. Ἀμήν. »

Τῷ τελευταίῳ ῥήματι τούτῳ πάντα τὰ ἔμπροσθεν ἐπεσφράγισεν. Οὐδὲ γὰρ εἶπεν ἁπλῶς, *μεθ' ὑμῶν*, ὡς ἐπὶ τῶν ἄλλων, ἀλλὰ, *μετὰ τοῦ πνεύματος ὑμῶν*, ἀπάγων αὐτοὺς τῶν σαρκικῶν, καὶ πανταχοῦ δεικνὺς τοῦ Θεοῦ τὴν εὐεργεσίαν, καὶ ἀναμιμνήσκων τῆς χάριτος ἧς ἀπήλαυσαν, δι' ἧς πάσης αὐτοὺς ἱκανὸς ἦν Ἰουδαϊκῆς ἀπαγαγεῖν πλάνης. Τὸ γὰρ Πνεῦμα λαβεῖν, οὐ διὰ νομικῆς ἦν περιφανείας [d], ἀλλὰ διὰ τῆς κατὰ τὴν πίστιν δικαιοσύνης.

Πρὸς Γαλάτας ἐγράφη ἀπὸ Ῥώμης, στίχων σιγ'.

Qui hæc sectantur, inquit, hi pace et benignitate Dei potiuntur, ut proprie Israelis quoque nomine appellari possint.

Vers. 17. « De cætero nemo mihi molestus sit. »

Non quasi afflictus aut defatigatus hæc loquitur, sed ut socordem illorum premat animum, inque majorem terrorem conjiciat; utque leges abs se latas confirmet, nec sinat illas semper vacillare.

« Ego enim stigmata Domini Jesu in corpore meo porto. »

Omni sermone, omnique voce vocalius et clarius me defendo, inquit, adversus illos qui aiunt me simulate docere, et prædicare quæ hominibus placeant. *Stigmata*, plagas vocat ac vulnera, quæ Christi causa passus est.

Vers. 18. « Gratia Domini nostri Jesu Christi cum spiritu vestro, fratres. Amen. »

Hoc extremo verbo cunctis quæ hactenus dicta sunt, signaculum addidit. Non enim nude dixit, *vobiscum*, ut in aliis epistolis; sed, *cum spiritu vestro*; ut eos averteret a carnalibus, et per omnia beneficentiam Dei declararet, nec non gratiæ commonefaceret, quam acceperant, et per quam poterat ipsos Deus ab omni errore Judaico revocare. Nam Spiritum accipere per illum factum legis non licebat, sed per justitiam quam præstat fides.

Ad Galatas scripsit Roma, 293 versibus.

VARIÆ LECTIONES.

Chrysost. πτωχείας.

ΕΙΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΝ ΠΡΟΣ ΕΦΕΣΙΟΥΣ.

IN EPISTOLAM AD EPHESIOS.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ.

« Παῦλος ἀπόστολος Χριστοῦ Ἰησοῦ διὰ θελήματος Θεοῦ, τοῖς ἁγίοις τοῖς οὖσιν ἐν Ἐφέσῳ, καὶ πιστοῖς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ Πατρὸς ἡμῶν, καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ. Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. » C

Ὥσπερ τὰ ἄλλα Θεοῦ ἔργα, οὕτως καὶ τὴν ἀποστολὴν τὴν ἑαυτοῦ ἐκ Θεοῦ μέν φησιν, ἐνεργουμένην δὲ ὑπὸ Χριστοῦ, ὡς δυνάμεως ὄντος Θεοῦ.

Τὸ κεφάλαιον τῆς ἐπιστολῆς ἐστιν, τὸ διδάξαι αὐτοὺς περὶ τῆς Χριστοῦ χάριτος. Αὕτη δὲ ἡ χάρις, ἐστὶν ἀνάληψις ἡμῶν ἐν αὐτῷ, καὶ ἁγιασμὸς, καθὸ καὶ σῶμα αὐτοῦ γεγόναμεν, καὶ κεφαλὴν ἐσχήκαμεν αὐτόν. Τὸ δὲ αἴτιον ταύτης τῆς χάριτος, ἡ ἀγαθότης τοῦ Θεοῦ, ἡ εἰς αἰῶνας ὑμνουμένη. Ἡ δὲ ὁδὸς ἡ εἰς ταύτην, ἡ διὰ τοῦ αἵματος τοῦ Χριστοῦ ἀπολύτρωσις. D

CAPUT PRIMUM.

Vers. 1-3. « Paulus apostolus Jesu Christi per voluntatem Dei, sanctis qui sunt Ephesi, et fidelibus in Christo Jesu. Gratia vobis et pax a Deo Patre nostro, et Domino Jesu Christo. Benedictus Deus et Pater Domini nostri Jesu Christi. »

Quemadmodum cætera Dei opera, sic et apostolatum suum, a Deo esse ait, cujus tamen vis et operatio sit a Christo, qui est virtus Dei.

178 Epistolæ summa est, ut eos erudiat de Christi gratia. Hæc porro gratia, est nostri ad ipsum assumptio, et sanctificatio, qua corpus ejus effecti sumus, eumque caput habuimus. Hujus autem gratiæ causa bonitas est Dei, quæ in sæcula laudibus celebratur. Via autem qua ad hanc pergitur, est redemptio per gratiam Christi.

« Qui benedixit nos omni benedictione spiri- A tuali in cœlestibus in Christo. »

Ipsi erit, inquit, benedictio nostra : id est, donum a Deo concessum, quo spiritualis bonis perfruamur. Horum possessio in terra non habetur : quia carnales non sunt benedictiones, sed æternus cœlestisque est earum locus.

Vers. 4, 5. « Sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, ut essemus sancti et immaculati in conspectu ejus in charitate. Qui prædestinavit nos in adoptionem filiorum per Jesum Christum in seipsum. »

Gratia Spiritus nunc quidem manifestata est : ante vero exsistebat ab initio apud Deum, et impertiebatur electis, quos et prædestinavit ut assisterent Deo, concessa ipsis vitæ sanctimonia. B

« Secundum propositum voluntatis suæ, [Vers. 6-8.] in laudem gloriæ gratiæ suæ, in qua gratificavit nos. »

Gratificatus est nobis spontanea gratia ; non autem remuneratione operum, in filios nos adoptando.

In dilecto filio suo, in quo habemus redemptionem per sanguinem ejus, remissionem peccatorum, secundum divitias gratiæ ejus, quæ superabundavit in nobis in omni sapientia et prudentia. »

Quandoquidem Scripturæ sursum deorsum dicunt, Christum ad mortem usque obedientem esse factum Patri ; et quia Christus ipse aiebat, *Deus, Deus meus, quare me dereliquisti* [37] ? Ne quispiam C vel suspicetur revera eum fuisse derelictum, quippe cum ex nostra persona ejusmodi voces pronuntiaverit, eam ob rem ubique passim dilectum illum et redamatum divina Scriptura prædicat.

Vers. 9. « Ut notum faceret nobis sacramentum voluntatis suæ. »

Hoc enim duntaxat modo Christi gratia confertur, per cognitionem : quod non convenit ignorantibus.

« Secundum beneplacitum ejus, quod proposuit in eo [Vers. 16] in dispensatione plenitudinis temporum. »

Nam ante sæcula complacitum illi fuit ea be- D neficentia uti ; cui tamen definitum erat tempus, in quo finem congruentem habuerunt quæ prædestinata fuerant.

« Instaurare omnia in Christo, quæ in cœlis, et quæ in terra sunt. »

Quantum Adam his omnibus peccando spoliatus est, tantumdem restauratio facta est in Christo. Quibusnam igitur spoliatus fuit? nimirum incorruptus cum esset, in corruptionem cecidit ; cum

[37] Psal. xxi, 1.

« Ὁ εὐλογήσας ὑμᾶς ἐν πάσῃ εὐλογίᾳ πνευματικῇ ἐν τοῖς ἐπουρανίοις ἐν Χριστῷ. »

Αὐτὸς ἔσται, φησὶν, ἡ εὐλογία ἡμῶν· τουτέστιν ἡ δωρεὰ ἡ παρὰ Θεοῦ, εἰς τὸ πνευματικῶν ἡμᾶς ἀπολαῦσαι ἀγαθῶν. Τούτων δὲ ἡ ἀπόλαυσις οὐκ ἔστιν ἐπὶ γῆς· ἐπεὶ οὐδὲ σαρκικαὶ αἱ εὐλογίαι, ἀλλ' ἄϊδιος τόπος αὐτοῖς ὁ οὐράνιος.

« Καθὼς ἐξελέξατο ἡμᾶς ἐν αὐτῷ πρὸ καταβολῆς κόσμου, εἶναι ἡμᾶς ἁγίους καὶ ἀμώμους κατενώπιον αὐτοῦ ἐν ἀγάπῃ, προορίσας ἡμᾶς εἰς υἱοθεσίαν διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς ἑαυτόν. »

Ἡ χάρις τοῦ Πνεύματος ἐφανερώθη μὲν νῦν, προϋπῆρχε δὲ ἐξ ἀρχῆς παρὰ Θεῷ τοῖς ἐκλεκτοῖς ἐπινεμομένη, οὓς καὶ προώρισεν παραστάτας εἶναι Θεοῦ, διὰ τῆς δεδομένης ἁγιότητος.

« Κατὰ τὴν εὐδοκίαν τοῦ θελήματος αὐτοῦ, εἰς ἔπαινον δόξης χάριτος αυτοῦ, ἐν ᾗ ἐχαρίτωσεν ἡμᾶς. »

Ἐχαρίτωσεν ἡμᾶς ἐκουσίῳ χάριτι, οὐ τῇ ἐξ ἔργων ἡμῶν ἀντιδόσει, θέμενος ἡμᾶς υἱούς.

« Ἐν τῷ ἠγαπημένῳ, ἐν ᾧ ἔχομεν τὴν ἀπολύτρωσιν διὰ τοῦ αἵματος αὐτοῦ, τὴν ἄφεσιν τῶν παραπτωμάτων, κατὰ τὸν πλοῦτον τῆς χάριτος αὐτοῦ, ἧς ἐπερίσσευσεν εἰς ἡμᾶς ἐν πάσῃ σοφίᾳ καὶ φρονήσει. »

Ἐπειδὴ ἄνω καὶ κάτω λέγουσιν αἱ Γραφαὶ, ὅτι ὑπήκοος γέγονεν τῷ Πατρὶ μέχρι θανάτου, καὶ ἐπειδὴ ἔλεγεν ὁ Χριστός· *Ὁ Θεός, Θεός μου, εἰς τί με ἐγκατέλιπες*; ἵνα μή τις ὑπολάβῃ ἀληθῶς ἐγκαταλελεῖφθαι αὐτόν· εἰ καὶ ὑπὲρ τοῦ ἡμῶν προσώπου τὰς τοιαύτας ἔλεγε φωνάς· τούτου χάριν πανταχοῦ ἠγαπημένον καὶ ἀγαπητὸν αὐτὸν ἡ θεία κηρύττει Γραφή.

« Γνωρίσας ἡμῖν τὸ μυστήριον τοῦ θελήματος αὐτοῦ. »

Οὕτω γὰρ μόνως εἰς ἡμᾶς ἡ Χριστοῦ χάρις χωρεῖται διὰ τῆς γνώσεως· ὃ ἐπὶ τοῖς ἀγνοοῦσιν οὐχ ἁρμόζεται.

« Κατὰ τὴν εὐδοκίαν αὐτοῦ, ἣν προέθετο ἐν αὐτῷ εἰς οἰκονομίαν τοῦ πληρώματος τῶν καιρῶν. »

Εὐδόκησε γὰρ ἐπὶ τῇ εὐεργεσίᾳ ταύτῃ πρὸ αἰῶνος· ὥριστο δὲ αὐτῇ καὶ χρόνος, ὅτε τὰ προωρισμένα πέρας ἐδέξατο ἱκανόν.

« Ἀνακεφαλαιώσασθαι τὰ πάντα ἐν τῷ Χριστῷ, τὰ ἐπὶ τοῖς οὐρανοῖς καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς ἐν αὐτῷ. »

Ὅσον ὁ Ἀδὰμ ἁμαρτήσας ἀπεστερήθη τούτων πάντων, ἀνανέωσις γέγονεν [e] ἐν Χριστῷ. Τίνων οὖν ἀπεστερήθη; ἄφθαρτος ὢν, εἰς φθορὰν ἦλθε, καὶ ἀθάνατος ὢν, εἰς θάνατον, καὶ ἀπὸ παραδείσου, ἔξω πα-

VARIÆ LECTIONES.

[e] Ἀνανέωσις γέγονεν. Diversa hæc sunt a sensu Chrysostomi, cui ἀναχεφαλαιώσασθαι, est *in summam redigere*, non *instaurare*, aut *innovare*. Quibus hæc plura alia quæ subsequuntur, a Chrysostomo accepta sunt.

ραδείσου. Ταῦτα οὖν προέκειτο παρὰ Θεῷ, εἰς τὸ ἀνακεφαλαιώσασθαι καὶ ἀνανεῶσαι, καὶ ὑπὲρ τούτων γέγονεν ὁ Μονογενὴς Ἄνθρωπος, ἵνα καταλύσῃ θάνατον, καὶ ἀνέλῃ τὴν φθορὰν, καὶ τὴν ἁμαρτίαν ἐκβάλῃ, καὶ γένηται παραγενομένου Χριστοῦ. Τὸ δὲ, *ἐν τοῖς οὐρανοῖς*, τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον· ὅτι λύπη ἦν μεγάλη καὶ ἀδιάλειπτος τοῦ κόσμου ἁμαρτάνοντος τοῖς ἀγγέλοις, καὶ ὑπὸ κατάραν ὄντος· καὶ δῆλον ἐν τῷ εἰπεῖν τὸν Κύριον, ὅτι *Χαρὰ ἐν οὐρανῷ γίνεται ἐπὶ ἑνὶ ἁμαρτωλῷ μετανοοῦντι*· λέγει οὖν, ὡς ἐλθὼν ὁ Κύριος, καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς ἀνενέωσεν, καὶ τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ἐκείνης παύσας τοὺς ἀγγέλους τῆς λύπης, ἧς ἐλυποῦντο ἐπὶ τῇ τῶν ἀνθρώπων φθορᾷ. Ἀνήγαγε γὰρ αὐτοὺς ἐπὶ τὴν προτέραν χαρὰν, τὴν ὑπὲρ τῶν σωζομένων.

« Ἐν ᾧ καὶ ἐκληρώθημεν, προορισθέντες κατὰ πρόθεσιν τοῦ τὰ πάντα ἐνεργοῦντος κατὰ τὴν βουλὴν τοῦ θελήματος αὐτοῦ, εἰς τὸ εἶναι ἡμᾶς εἰς ἔπαινον δόξης αὐτοῦ, τοὺς προηλπικότας ἐν τῷ Χριστῷ. »

Ἐν Χριστῷ, φησὶ, γιγνόμενοι, μερὶς γινόμεθα Θεοῦ.

« Ἐν ᾧ καὶ ὑμεῖς ἀκούσαντες τὸν λόγον τῆς ἀληθείας, τὸ Εὐαγγέλιον τῆς σωτηρίας ὑμῶν, ἐν ᾧ καὶ πιστεύσαντες ἐσφραγίσθητε τῷ Πνεύματι τῆς ἐπαγγελίας τῷ ἁγίῳ. »

Τῶν προεγνωσμένων ἐστὲ καὶ ὑμεῖς, φησὶν, οἰκειούμενοι Χριστῷ δι' ὑπακοῆς, καὶ τῆς ἐπὶ τῇ ἀκοῇ πίστεως, καὶ τοῦ ἐπὶ τῇ πίστει σφραγισμοῦ, ὅς ἐστιν ὁμοίωσις πρὸς Χριστὸν διὰ τῆς τοῦ Πνεύματος μεταλήψεως. Παρὰ τίνος δὲ ἠκουσαν τὸν λόγον τῆς ἀληθείας, ἢ παρὰ Ἰωάννου τοῦ εὐαγγελιστοῦ; ἐκεῖ γὰρ ἐκήρυττεν· διὸ καὶ ὑψηλότερον αὐτοῖς διαλέγεται ὁ Παῦλος, ἅτε ἐκ τῆς ἐκείνου διδασκαλίας προκατηρτισμένοις. Λίαν γὰρ ὑψηλὸς εἰς θεολογίαν ὁ ἀνήρ.

« Ὅς ἐστιν ἀρραβὼν τῆς κληρονομίας ἡμῶν εἰς ἀπολύτρωσιν τῆς περιποιήσεως, εἰς ἔπαινον τῆς δόξης αὐτοῦ.. »

Ἀρραβῶνα λέγει ἀρχὴν κτήσεως. Φησὶν οὖν, ὡς Δεξάμενοι τὸ Πνεῦμα, ἠρξάμεθα ἤδη κτήματα εἶναι Χριστοῦ καὶ Θεοῦ.

« Διὰ τοῦτο κἀγὼ ἀκούσας τὴν καθ' ὑμᾶς πίστιν ἐν τῷ Κυρίῳ Ἰησοῦ, καὶ τὴν ἀγάπην τὴν εἰς πάντας τοὺς ἁγίους, οὐ παύομαι εὐχαριστῶν ὑπὲρ ὑμῶν, μνείαν ὑμῶν ποιούμενος ἐπὶ τῶν προσευχῶν μου, ἵνα ὁ Θεὸς τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. »

Ἀκηκοὼς, φησὶ, τὴν πίστιν ὑμῶν, καθ' ἣν ἀναφέρεσθε εἰς Χριστὸν, καὶ τὴν ἀγάπην τὴν ἑπομένην τῇ πίστει, χάριν ἀναφέρω ὑπὲρ ὑμῶν, καὶ ταύτην οὐκ εἰς ἅπαξ, ἀλλὰ καὶ διὰ παντός.

« Ὁ Πατὴρ τῆς δόξης. »

Τουτέστιν, ἀρχηγὸς παντὸς τοῦ διδομένου εἰς ἡμᾶς θείου χαρίσματος, ὅπερ ἐν Πνεύματι διὰ τοῦ Λόγου χορηγεῖται.

[aa] Luc. xv, 10.

esset immortalis, in mortem incurrit, atque e paradiso pulsus est foras. Hæc itaque **179** proposuerat Deus redintegrare, et renovare; et propterea Unigenitus factus est homo, ut mortem destrueret, auferretque corruptionem, et peccatum expelleret: id quod adveniente Christo patratum fuit. Quod autem *in cœlis* dicit, hoc modo contigit. Quoniam angeli ingentem luctum indesinenter agebant de peccatis mundi, quodque is exsecrationi erat obnoxius (atqui hoc manifestum est hisce Domini verbis: *Gaudium est in cœlo super uno peccatore pœnitentiam agente* [aa]); idcirco ait, Dominum adventu suo, cum ea quæ in terra sunt renovasse, tum quæ in cœlis, sedato angelorum luctu, quem propter interitum hominum ducebant. Eis quippe gaudium pristinum reddidit, salute hominibus concessa.

Vers. 11, 12. « In quo et nos sorte vocati sumus, prædestinati secundum propositum ejus, qui operatur omnia secundum consilium voluntatis suæ, ut simus in laudem gloriæ eius nos, qui ante speravimus in Christo. »

Dum in Christo sumus, inquit, portio Dei exsistimus.

Vers. 13. « In quo etiam et vos audientes verbum veritatis (Evangelium salutis vestræ), in quo et credentes signati estis, Spiritu promissionis sancto. »

Vos quoque ex præcognitis estis, inquit, qui Christo conjungimini per obedientiam et per fidem auditus consectariam, nec non per signaculum quo fides munitur, quodque Christi similitudo est ob Spiritus participationem. A quonam vero verbum veritatis Ephesii audierunt, nisi a Joanne evangelista, qui illic prædicabat? Quocirca sublimioris sensus verba ad illos facit Paulus, ceu qui jam illius essent doctrina instituti. Is quippe vir altissimæ theologiæ erat.

Vers. 14. « Qui est pignus hæreditatis nostræ, in redemptionem acquisitionis, in laudem gloriæ ipsius. »

Pignus et arrham vocat initium acquisitionis. Ait ergo, suscepto Spiritu incepisse nos possessionem et peculium Christi et Dei fieri.

Vers. 15-17. « Propterea et ego audiens fidem vestram quæ est in Domino Jesu, et dilectionem in omnes sanctos, non cesso gratias agens pro vobis, memoriam vestri faciens in orationibus meis, ut Deus Domini nostri Jesu Christi, »

Audita, inquit, vestra fide qua Christo vos devovetis, nec non dilectione quæ respondeat fidei, grates refero pro vobis, nec una tantum vice, sed indesinenter.

« Pater gloriæ, »

Hoc est, auctor omnis illius doni divini quod concessum est nobis; quod quidem in Spiritu per Verbum subministratur.

« Det vobis Spiritum sapientiæ et revelationis A in agnitione ejus; [VERS. 18.] illuminatos oculos cordis vestri, ut scialis quæ sit spes vocationis ejus, et quæ divitiæ gloriæ hæreditatis ejus in sanctis. »

« Δώη ὑμῖν Πνεῦμα σοφίας καὶ ἀποκαλύψεως ἐν ἐπιγνώσει αὐτοῦ, πεφωτισμένους τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς καρδίας ὑμῶν εἰς τὸ εἰδέναι ὑμᾶς, τίς ἐστιν ἡ ἐλπὶς τῆς κλήσεως αὐτοῦ, καὶ τίς ὁ πλοῦτος τῆς δόξης τῆς κληρονομίας αὐτοῦ ἐν τοῖς ἁγίοις. »

Id quod desiderabantur, sapientia et scientia erat, utique sermone et sapientia præstarent officia charitatis, cognoscentes nimirum causam agendi, **180** quove fine, et quibusnam donis dignati essent per gratiam concessam sibi.

Τὸ ἐλλεῖπον ἦν ἡ σοφία καὶ ἡ γνῶσις, καὶ ἵνα λόγῳ καὶ σοφίᾳ πράττωσι τὰ τῆς ἀγάπης, εἰδότες, δι' ὃ πράττουσι καὶ ἐπὶ ποίῳ τέλει, καὶ τίνων ἤδη κατηξίωνται κατὰ τὴν δοθεῖσαν χάριν.

VERS. 19. « Et quæ sit supereminens magnitudo virtutis ejus in nos, qui credimus secundum operationem potentiæ virtutis ejus. »

« Καὶ τί τὸ ὑπερβάλλον μέγεθος τῆς δυνάμεως αὐτοῦ εἰς ἡμᾶς, τοὺς πιστεύοντας κατὰ τὴν ἐνέργειαν τοῦ κράτους τῆς ἰσχύος αὐτοῦ. »

Immensam illam virtutis exsuperantiam dicit, quæ resurrectionem mortuorum patravit. Eximium quippe est eos qui pridem mortui erant resurgere, B brevissimoque temporis instanti viventium astare multitudinem. Quocirca incredulis incredibilis est hac exsuperantia potentiæ, secundum illud effatum : *In multitudine virtutis tuæ mentientur tibi inimici tui* [39].

Μείζονα ὑπερβολὴν δυνάμεως λέγει, χορηγούσης εἰς ἡμᾶς τὴν νεκρῶν ζωοποίησιν. Μέγα γὰρ τὸ τοὺς ἐξ αἰῶνος ἀναστῆναι θνητοὺς, τῷ πλήθη ζῶντας ' δι' ὀλίγου παραστῆναι. Διὸ τοῖς ἀπίστοις ἄπιστος ἡ ὑπερβολὴ, κατὰ τὸ εἰρημένον· *Ἐν τῷ πλήθει τῆς δυνάμεώς σου ψεύσονταί σε οἱ ἐχθροί σου.*

VERS. 20, 21. « Quam operatus est in Christo, suscitans illum a mortuis, et constituit ad dexteram suam in cœlestibus, supra omnem principatum et potestatem, et virtutem et dominationem, et omne nomen quod nominatur.. »

« Ἣν ἐνήργησεν ἐν τῷ Χριστῷ, ἐγείρας αὐτὸν ἐκ νεκρῶν, καὶ ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ αὐτοῦ ἐν τοῖς ἐπουρανίοις, ὑπεράνω πάσης ἀρχῆς, καὶ ἐξουσίας, καὶ δυνάμεως, καὶ κυριότητος, καὶ παντὸς ὀνόματος ὀνομαζομένου. »

Ostendit nobis Deus, inquit, in Christo magnitudinem et præcellentiam eorum quæ nobis largitus est. Nos quippe *una resuscitavit et consedere fecit in cœlestibus.* Cum enim corpus nostrum non C *per se quiret excipere virtutem et efficacitatem* qua vita præberetur; quippe quod corpus erat mortis, residente in ipso per prævaricationem peccato, eam ob rem Unigenitus Dei illud sibi proprium fecit, ut illud a peccato servans idoneum redderet, cum vitæ, tum gloriæ accipiendæ. Atque hoc significatur his verbis, *conresuscitavit et consedere fecit in cœlestibus.*

Ἔδειξε, φησὶν, ἡμῖν ὁ Θεὸς ἐν Χριστῷ τὸ μέγεθος καὶ τὴν ὑπερβολὴν ὧν ἡμῖν ἐχαρίσατο. *Συνήγειρεν γὰρ ἡμᾶς καὶ συνεκάθισεν ἐν Χριστῷ ἐν τοῖς ἐπουρανίοις.* Ἐπειδὴ γὰρ οὐκ ἦν τὸ σῶμα τὸ ἡμέτερον δι' ἑαυτοῦ δεκτικὸν τῆς δυνάμεως καὶ τῆς ἐνεργείας τῆς ζωοποιοῦ, ὅτι ἦν σῶμα θανάτου, τῆς ἁμαρτίας ἐν αὐτῷ ἐγκατῳκισμένης διὰ τὴν παράβασιν, διὰ τοῦτο ἴδιον αὐτὸ ὁ Μονογενὴς ἐποιήσατο, ἵνα ἀναμάρτητον αὐτὸ φυλάξας, καὶ τῆς ζωῆς, καὶ τῆς δόξης αὐτὸ παρασκευάσῃ γενέσθαι δεκτικόν. Καὶ τοῦτό ἐστι τὸ, *συνήγειρεν καὶ συνεκάθισεν ἐν τοῖς οὐρανίοις.*

« Non solum in hoc sæculo, sed etiam in futuro. VERS. 22]. Et omnia subjecit sub pedibus ejus. »

« Οὐ μόνον ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ μέλλοντι· καὶ πάντα ὑπέταξεν ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ. »

Gloria perpetua est; quæ quidem cum ab hoc ævo incipiat, in sæculum omnis expers finis extenditur. In hoc quippe consistit virtus incorruptæ et gloriosæ permansionis, quod vitæ auctor in sæcula æterna persistat.

Διηνεκὴς ἡ δόξα, ἀρξαμένη μὲν ἀπὸ τοῦ παρόντος αἰῶνος, παρατείνουσα δὲ εἰς τὸν ἄπειρον αἰῶνα· ὅτι τοῦτο ἡ δύναμις τῆς ἀφθάρτου καὶ ἐνδόξου διαμονῆς ἡμῶν, τὸ τὸν ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς διαμένειν εἰς αἰῶνας. D

« Et ipsum dedit caput super omnem Ecclesiam. »

« Καὶ αὐτὸν ἔδωκε κεφαλὴν ὑπὲρ πάντα τῇ Ἐκκλησίᾳ. »

Uti non amplius caput nostrum sint virtutes cœlestes, nisi quatenus procuratores nostri sunt et dispensatores, secundum sacram Apostoli vocem [40].

Ὡς μηκέτι τὰς οὐρανίους δυνάμεις εἶναι κεφαλὴν ἐφ' ἡμῖν, καθὸ καὶ ὑπὸ ἐπιτρόπους [δ] καὶ οἰκονόμους ἡμῶν, κατὰ τὴν ἱερὰν τοῦ Ἀποστόλου φωνήν.

VERS. 23. « Quæ est corpus ipsius. »

« Ἥτις ἐστὶ τὸ σῶμα αὐτοῦ. »

Corpus ejus est Ecclesia, propter communicationem Spiritus sancti.

Σῶμα αὐτοῦ, ἡ Ἐκκλησία κατὰ τὴν μετάληψιν τοῦ ἁγίου Πνεύματος.

[39] Psal. LXXV, 3. [40] Hebr. I, 14.

VARIÆ LECTIONES.

[f] Suspecta vox : forte, τὸ πλήθη ζῶντα. [δ] Sic legero, εἰ μὴ κατὰ τὸ εἶναι ἐπιτρ.

« Τὸ πλήρωμα τοῦ τὰ πάντα ἐν πᾶσι πληρουμένου. »

Ἡ Ἐκκλησία ἐστὶν, ἡ δεκτικὴ, φησὶ, τοῦ διήκοντος, τῶν οὐρανίων μὲν πάλαι, νῦν δὲ καὶ ἐπιγείων.

« Plenitudo ejus, qui omnia in hominibus adimplet. »

Ecclesia est, inquit, quæ illum capit, qui olim quidem cœlestia pervadebat nunc autem terrena.

ΚΕΦΑΛ. Β'.

« Καὶ ὑμᾶς ὄντας νεκροὺς τοῖς παραπτώμασι καὶ ταῖς ἁμαρτίαις, ἐν αἷς ποτε περιεπατήσατε κατὰ τὸν αἰῶνα τοῦ κόσμου τούτου, κατὰ τὸν ἄρχοντα τῆς ἐξουσίας τοῦ ἀέρος, τοῦ πνεύματος τοῦ ἐνεργοῦντος ἐν τοῖς υἱοῖς ἀπειθείας, ἐν οἷς καὶ ἡμεῖς πάντες ἀνεστράφημέν ποτε ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις τῆς σαρκὸς ἡμῶν, ποιοῦντες τὰ θελήματα τῆς σαρκὸς καὶ τῶν διανοιῶν, καὶ ἦμεν τέκνα φύσει ὀργῆς, ὡς καὶ οἱ λοιποί. Ὁ δὲ Θεὸς πλούσιος ὢν ἐν ἐλέει, διὰ τὴν πολλὴν ἀγάπην αὐτοῦ, ἣν ἠγάπησεν ἡμᾶς, καὶ ὄντας ἡμᾶς νεκροὺς τοῖς παραπτώμασιν, συνεζωοποίησεν ἐν τῷ Χριστῷ. Χάριτί ἐστε σεσωσμένοι. »

Ὑμᾶς, φησὶ, τοὺς ἐξ ἐθνῶν ἐξαιρέτους ὄντας τοῦ θανάτου διὰ τὴν ἁμαρτίαν ἐν ᾗ ἐζῆτε ὑπὸ τοῦ πονηροῦ δαίμονος τοῦ ἄρξαντος διὰ τῶν εἰσπορευομένων ὑμῖν πονηρῶν ἐννοιῶν, ἐλέου ἀξιώσας ὁ Θεὸς καὶ χάριτος ἐκουσίου, τὴν ἐν τῇ ἁμαρτίᾳ νεκρότητα ὑμῶν μετέβαλεν εἰς ζωὴν κοινωνίᾳ τῇ πρὸς τὸν Χριστόν. Ὅπερ γάρ ἐστι τῷ Χριστῷ, τοῦτο εἰς ἡμᾶς χωρεῖ συναπτομένους αὐτῷ. Καὶ τοὺς ἔχοντας δὲ νόμον, τὰ ὅμοια τῶν ἐθνῶν πεπονθέναι, φησὶν, ἐν ἁμαρτίαις, ἵνα τὸ μέγεθος ἐνδείξηται τῆς δωρεᾶς τοῦ Θεοῦ, ὅτι τοὺς πάντας κρατουμένους ὑπὸ τῆς φθορᾶς διέσωσε.

« Καὶ συνήγειρε καὶ συνεκάθισεν ἐν τοῖς ἐπουρανίοις ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ἵνα ἐνδείξηται ἐν τοῖς αἰῶσι τοῖς ἐπερχομένοις τὸν ὑπερβάλλοντα πλοῦτον τῆς χάριτος αὐτοῦ, ἐν χρηστότητι ἐφ' ἡμᾶς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Τῇ γὰρ χάριτί ἐστε σεσωσμένοι διὰ τῆς πίστεως, καὶ τοῦτο οὐκ ἐξ ἡμῶν. »

Σάρξ ἐσμεν τοῦ Χριστοῦ, καὶ μέλη, καὶ σῶμα, καὶ κεφαλὴν ἡμῶν αὐτὸν ἔδωκεν ὁ Πατήρ. Ἤδη ἐσμὲν ἐν οὐρανῷ, καθό ἐσμεν ἐν Χριστῷ, καὶ τῶν ἀγαθῶν τὴν ἀπόλαυσιν ἕξομεν εἰς ὕστερον, ὅτε τὰ ἐν Χριστῷ ἀγαθὰ πρόεισιν εἰς τὸ ἐμφανὲς, ἀνεξήγητα ὄντα νυνὶ, καὶ ἀνεξαρίθμητα· διὸ καὶ πλοῦτον αὐτὸν λέγει χάριτος ὑπερβάλλοντα.

« Θεοῦ τὸ δῶρον. »

Χάρις, τὸ παρὰ Θεοῦ, πίστις, τὸ παρ' ἡμῶν. Ὅθεν οὖν οἷς μὴ πάρεστι τὸ δεκτικὸν, οὐδὲ ἡ χάρις παραγίνεται. Οὐκ ἐξ ἡμῶν οὖν, ἀλλὰ Θεοῦ τὸ δῶρον· οὐκ ἐν τῷ λαμβάνοντι, ἀλλ' ἐν τῷ διδόντι, τὸ εὐεργετῆσαι.

« Οὐκ ἐξ ἔργων, ἵνα μή τις καυχήσηται. »

Ὅτι καὶ τῶν ἔργων ὄντων, οὐκ ἐξ αὐτῶν ἡ σωτηρία, καὶ μὴ ὄντων, παρεγένετο τοῖς πιστεύσασι τῆς σωτηρίας ἡ κοινωνία.

« Αὐτοῦ γάρ ἐσμεν ποίημα, κτισθέντες ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ ἐπ' ἔργοις ἀγαθοῖς, οἷς προητοίμασεν ὁ Θεὸς, ἵνα ἐν αὐτοῖς περιπατήσωμεν. »

CAP. II.

Vers. 1-5. « Et vos cum mortui essetis delictis vestris et peccatis, in quibus aliquando ambulastis secundum sæculum mundi hujus, secundum principem aeris hujus, spiritus qui nunc operatur in filios diffidentiæ; in quibus et nos omnes aliquando conversati sumus in desideriis carnis nostræ facientes voluntatem carnis et cogitationum, et eramus natura filii iræ, sicut et cæteri. Deus autem qui dives est in misericordia, propter nimiam charitatem suam **181** qua dilexit nos, et cum essemus mortui peccatis, convivificavit nos in Christo: gratia estis salvati. »

Vos gentiles, inquit, cum addicti essetis morti propter peccatum in quo vivebatis, cujus dæmon improbus pravis cogitationibus injectis auctor erat, misericordia dignavit Deus, ultroneaque gratia, ac vestram in peccato mortalitatem mutavit in vitam, per consortium cum Christo. Nam quod Christo proprium est, hoc ad nos derivatur, qui ipsi conjungimur. Aitque eos qui legem habebant, similia ac gentiles passos propter peccata, ut ostenderetur magnitudo divini muneris, qua omnes qui corruptæ subjecti erant, salvos fecit.

Vers. 6-8. « Et conresuscitavit et consedere fecit in cœlestibus in Christo Jesu, ut ostenderet sæculis supervenientibus abundantes divitias gratiæ suæ, in bonitate super nos in Christo Jesu. Gratia estis salvati per fidem, et hoc non ex vobis. »

Caro sumus Christi, membra quoque et corpus; huncque Pater nobis caput dedit. Jam suimus in cœlo, quatenus sumus in Christo, ac tandem bonorum compotes erimus, quando bona illa quæ Christus acquisivit, quæque nunc inexplicabilia et numero majora sunt, in apertum proferentur. Quocirca hæc ipsa vocat, *abundantes divitias gratiæ.*

« Dei donum est. »

Gratia est id quod est a Deo: fides autem illud quod præstatur a nobis. Unde quibus non inest quo suscipiant, nec gratia subsequitur. Non ergo ex nobis hanc habemus, sed Dei donum est; neque beneficentia penes illum est qui accipit, sed penes largitorem.

Vers. 9. « Non ex operibus, ne quis glorietur. »

Quia nimirum cum ederentur opera, parta ex illis salus non est, et sine his communicatio facta est salutis illis qui crediderunt.

Vers. 10. « Ipsius enim factura sumus, creati in Christo in operibus bonis quæ præparavit Deus ut in ipsis ambulemus. »

Non nos, inquit, in novam creaturam ipsi formavimus. Neque enim hoc fieri poterat. Sed Deus est, qui nos creat in Christo, cujus similitudinem exprimimus imitatione operum quæ ipse gessit, ut præpararet nobis sui participationem et conformitatem.

Οὐχ ἑαυτοὺς, φησὶ, καινὴν κτίσιν ἀπεργαζόμεθα· οὐδὲ γὰρ δυνατόν. Ἀλλ' ὁ κτίζων ἡμᾶς ἐστι Θεὸς ἐν Χριστῷ, οὗ τὴν ὁμοίωσιν ἐπιτελοῦμεν τῇ μιμήσει τῶν ἔργων, ἅπερ αὐτὸς εἰργάσατο, προετοιμάζων ἡμῖν τὴν μετάληψιν καὶ ὁμοίωσιν.

Vers. 11. « Propter quod memores estote quod aliquando vos gentes in carne. »

« Διὸ μνημονεύετε, ὅτι ὑμεῖς ποτὲ τὰ ἔθνη ἐν σαρκί. »

Quoniam recordatio præteritorum ad grates de præsentibus habendas nos comparat, hortatur Ephesios ut illorum reminiscantur.

Ἐπειδὴ ἡ τῶν προτέρων ἀνάμνησις τὴν ἐπὶ τοῦ παρόντος εὐχαριστίαν κατασκευάζει, μνημονεύειν ἐκείνων παρακελεύεται.

« Qui dicimini præputium, ab ea quæ dicitur circumcisio in carne, manufacta : [Vers. 12] quia eratis illo in tempore sine Christo, alienati a conversatione Israel, et hospites testamentorum. »

« Οἱ λεγόμενοι ἀκροβυστία ἀπὸ τῆς λεγομένης περιτομῆς ἐν σαρκὶ χειροποιήτου· ὅτι ἦτε ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ χωρὶς Χριστοῦ, ἀπηλλοτριωμένοι τῆς πολιτείας τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ ξένοι τῶν διαθηκῶν. »

Propria carnis sunt, tum præputium, tum circumcisio. Cæterum carnalia vere non exsistunt. Quapropter ea *dici* ait. Noverat quippe **182** circumcisionem veram, qua in corde circumamputentur quæcunque præter naturalem constitutionem adnata sunt. Quod si hoc proprie circumcisio est, præputium verum nihil aliud est, nisi vera cordis immunditia.

Σαρκικὸν ἰδίωμα ἡ ἀκροβυστία καὶ ἡ περιτομή· τὰ δὲ σαρκικὰ οὐκ ὄντως ὄντα ἐστί. Διὸ *λεγόμενα* εἶπεν αὐτά. Οἶδε γὰρ τὴν ἀληθῆ περιτομὴν, τὴν ἐν καρδίᾳ περιαίρεσιν τῶν ἐπιγινομένων τῇ καρδίᾳ παρὰ τὴν φυσικὴν κατασκευήν. Εἰ δὲ τοῦτο περιτομὴ ἀληθὴς, ἀκροβυστία ἀληθής ἐστιν ἡ τῆς καρδίας ἀκαθαρσία.

« Promissionis spem non habentes, et sine Deo in hoc mundo. »

« Τῆς ἐπαγγελίας ἐλπίδα μὴ ἔχοντες, καὶ ἄθεοι ἐν τῷ κόσμῳ. »

Diversæ quidem promissiones sunt, ut et testamenta. Unam vero hanc commemoravit, quatenus Christus omnes in unum conjungit.

Διάφοροι μὲν αἱ ἐπαγγελίαι, ὥσπερ καὶ αἱ διαθῆκαι. Μίαν δὲ αὐτὴν εἶπε, καθὸ πάντας εἰς ἓν ἄγει Χριστός.

Vers. 13. « Nunc autem in Christo Jesu vos qui eratis longe, facti estis prope in sanguine Christi. »

« Νυνὶ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ ὑμεῖς οἱ ποτε ὄντες μακρὰν, ἐγγὺς ἐγενήθητε ἐν τῷ αἵματι τοῦ Χριστοῦ. »

Longe eramus a Christo, mundi hujus institutis et moribus separati. Horum abolitionem patravit mors Christi, et qui huic conformantur, non longe amplius sunt a Deo, sed proximi fiunt per Spiritum; confixi nimirum cruci cum Christo [41], ut Apostolus idem loquitur.

Μακρὰν ἦμεν Θεοῦ τῇ ζωῇ τῇ κοσμικῇ διωρισμένοι. Ταύτης δὲ λύσιν εἰργάσατο ὁ θάνατος τοῦ Χριστοῦ, καὶ οἱ τούτῳ συμμορφούμενοι, οὐκέτι μακράν εἰσι Θεοῦ, ἀλλ' ἐγγύτητα λαμβάνουσι τὴν ἐν πνεύματι, συσταυρούμενοι Χριστῷ, κατὰ τὸν Ἀπόστολον.

Vers. 14, 15. « Ipse enim est pax nostra, qui fecit utraque unum, et medium parietem maceriæ dissolvens, inimicitias in carne sua, legem mandatorum in decretis evacuans, ut duos condat in semetipso. »

« Αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ εἰρήνη ἡμῶν, ὁ ποιήσας τὰ ἀμφότερα ἕν, καὶ τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ λύσας, τὴν ἔχθραν ἐν τῇ σαρκὶ αὐτοῦ, τὸν νόμον τῶν ἐντολῶν ἐν δόγμασι καταργήσας, ἵνα τοὺς δύο κτίσῃ ἐν ἑαυτῷ. »

Id quod separabat, sublatum est e medio : quod quidem est caro ipsa propter peccatum in ea residens : quippe quæ in totum alienaret illos qui nequidem legis ope a nequitia carnali secernebantur; quin nec eos qui sub lege agebant, puros redderet ab alienatione quam peccatum pepererat. Quocirca ille qui destruxit peccatum, quod per carnem prodierat, una quoque legem in carne positam sustulit. Pro lege autem decretum invexit, liberam utique animi voluntatem Deo serviendi.

Τὸ διορίζον ἐξέκοψεν ἐκ μέσου, ὅπερ ἐστὶ σὰρξ διὰ τὴν ἐν αὐτῇ ἁμαρτίαν, πάντη μὲν ἀπαλλοτριοῦσα τοὺς οὐδὲ νόμου χωριζομένους ἀπὸ τῆς σαρκικῆς κακίας, οὐ μὴν οὐδὲ τοὺς ὑπὸ νόμον ὄντας καθαροὺς ἀφιεῖσα τῆς δι' αὐτὴν ἀλλοτριώσεως. Ὅθεν ὁ τὴν ἁμαρτίαν λύων τὴν διὰ σαρκὸς, ἅμα καὶ τὸν νόμον περιεῖλε τὸν ἐπὶ σαρκὶ τεθέντα. Ἀντεισήγαγε δὲ ἀντὶ νόμου δόγμα, ὅπερ ἐστὶ τὸ τῆς ψυχῆς ἑκούσιον εἰς λατρείαν Θεοῦ.

Vers. 16, 17. « In unum novum hominem, faciens pacem, et reconciliet ambos in uno corpore Deo per crucem, interficiens inimicitias in semetipso : et veniens »

« Εἰς ἕνα καινὸν ἄνθρωπον, ποιῶν εἰρήνην, καὶ ἀποκαταλλάξῃ τοὺς ἀμφοτέρους ἐν ἑνὶ σώματι τῷ Θεῷ διὰ τοῦ σταυροῦ, ἀποκτείνας τὴν ἔχθραν ἐν αὐτῷ, καὶ ἐλθών. »

Finita per crucem præsenti vita, et circumcisa carne, unus homo ostenditur, quisquis per vitam

Τοῦ σταυροῦ πέρας ἐπιθέντος τῇ ζωῇ τῇ παρούσῃ, καὶ τὴν σάρκα περιτεμόντος, εἷς ἄνθρωπος ἀποδεί-

[41] Galat. II, 15.

κνυται πᾶς ὁ κατὰ Χριστὸν χαραχτηριζόμενος, εἴτε ἐν περιτομῇ, εἴτε ἐν ἀκροβυστίᾳ κατὰ τὴν καινὴν ζωήν. Θανάτῳ μὲν οὖν τὸ σῶμα παραδοθὲν, τὴν ἔχθραν ἔλυσεν· εἰς ζωὴν δὲ ἀναστὰν, τὴν φιλίαν εἰς αἰῶνα κατεσκεύασεν.

« Εὐηγγελίσατο εἰρήνην ὑμῖν τοῖς μακρὰν, καὶ τοῖς ἐγγύς. »

Μακρὰν τὰ ἔθνη, φησὶ, διὰ τὴν πλάνην· ἐγγὺς δὲ τοὺς διὰ νόμου, τοῦ Χριστοῦ διδασκομένους μυστήριον.

« Ὅτι δι' αὐτοῦ ἔχομεν τὴν προσαγωγὴν οἱ ἀμφότεροι, ἐν ἑνὶ πνεύματι πρὸς τὸν Πατέρα. Ἄρα οὖν οὐκέτι ἐστὲ ξένοι καὶ πάροικοι, ἀλλὰ συμπολῖται τῶν ἁγίων, καὶ οἰκεῖοι τοῦ Θεοῦ, ἐποικοδομηθέντες ἐπὶ τῷ θεμελίῳ τῶν ἀποστόλων καὶ προφητῶν, ὄντος ἀκρογωνιαίου αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ. »

Οὐδὲν μᾶλλον ἡμῶν, φησὶν, οἰκείως ἔχουσι πρὸς Θεὸν οἱ πρότερον ὄντες ἐγγὺς, ἀλλὰ μία ἀμφοτέρων προσαγωγὴ, δι' ἑνὸς ἁγίου Πνεύματος. Ἐν ἑνὶ δὲ σώματι προειπὼν ἡμᾶς κατηλλάχθαι Θεῷ, νῦν ἐν ἑνὶ πνεύματι προῆχθαι Θεῷ φησι, μετόχους δεικνύων τοῦ ἑνὸς πνεύματος διὰ τοῦ ἑνὸς σώματος γενομένους. Ἔχει δὲ καὶ ἡ τῶν ὀνομάτων παράληψις οἰκείως. Ὅπου μὲν γὰρ *καταλλαγὴν* εἶπε, *Θεὸν* εἴρηκεν. Ὅπου δὲ *προσαγωγὴν* λέγει, *Πνεῦμα* καλεῖ.

« Ἐν ᾧ πᾶσα οἰκοδομὴ συναρμολογουμένη, αὔξει εἰς ναὸν ἅγιον ἐν Κυρίῳ. »

Παραδείγματι χρώμενος τῷ γωνιαίῳ λίθῳ, τῷ τὴν ὅλην οἰκοδομὴν ὑποστηρίζοντι, διδάσκει ὅτι ἐν Χριστῷ στηριζόμεθα. *Λίθον* δὲ εἰπὼν, καὶ συνάρτησιν αὐτοῦ τὴν πρὸς τοὺς οἰκοδομουμένους, τὴν πρὸς ἡμᾶς ὁμογένειαν ἔδειξε, τῆς κατὰ σάρκα γεννήσεως τοῦ Μονογενοῦς. Ἐπειδὴ γάρ, φησὶ, *τὰ παιδία κεκοινώνηκεν αἵματος καὶ σαρκὸς, καὶ αὐτὸς παραπλησίως μετέσχε τῶν αὐτῶν.*

« Ἐν ᾧ καὶ ὑμεῖς συνοικοδομεῖσθε εἰς κατοικητήριον τοῦ Θεοῦ ἐν Πνεύματι. »

Ναῷ δηλονότι.

ΚΕΦΑΛ. Γ'.

« Τούτου χάριν ἐγὼ Παῦλος ὁ δέσμιος τοῦ Χριστοῦ Ἰησοῦ, ὑπὲρ ὑμῶν τῶν ἐθνῶν, εἴ γε ἠκούσατε τὴν οἰκονομίαν τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ τῆς δοθείσης μοι εἰς ὑμᾶς, ὅτι κατὰ ἀποκάλυψιν ἐγνώρισέν μοι τὸ μυστήριον. »

Ταύτης, φησὶν, τῆς εἰς ὑμᾶς χάριτος ὑπηρέτης ἐγὼ καὶ ἀγωνιστὴς ἄχρι δεσμῶν, καὶ διὰ τοῦτο μυστήριον ἀπεκαλύφθη, ἵνα εἰς ὑμᾶς ἐξαγγελθῇ δι' ἐμοῦ.

« Καθὼς προέγραψα ἐν ὀλίγῳ· πρὸς ὃ δύνασθε ἀναγινώσκοντες νοῆσαι τὴν σύνεσίν μου ἐν τῷ μυστηρίῳ τοῦ Χριστοῦ.

Βραχὺς ὁ λόγος, φησὶ, καὶ σύντομος ἡ διδασκαλία, καὶ ὀλίγον τὰ πολλὰ σπερματικῶς ἐδίδαξα, τοσοῦτον ἀποκαλύψας, ἐφ' ὅσον καὶ συνιέναι δύνασθε· συνιέναι δὲ ἐκ πλείονος ἀναγνώσεως, οὐκ ἐκ παρέργου ἢ παραδρομῆς.

[42] Hebr. II, 14.

novam, sive in circumcisione sit, sive in præputio, Christi nota insignitur. Corpus igitur quod traditum fuit morti, inimicitias delevit : dum vero ad vitam resurrexit, æternam amicitiam paravit.

« Evangelizavit pacem vobis qui longe fuistis, et iis qui prope. »

Longe quidem abfuisse gentiles ait, propter errorem : prope autem illos qui legi parebant, Christi mysterium edoctos.

Vers. 18-20. « Quoniam per ipsum habemus accessum ambo in uno spiritu ad Patrem. Ergo jam non estis hospites et advenæ, sed estis cives sanctorum et domestici Dei, superædificati supra fundamentum apostolorum et prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo Jesu. »

Nihil supra nos habent, inquit, apud Deum, qui quondam erant prope, sed unus est accessus utrorumque per unum Spiritum sanctum. Cum autem dixisset prius in uno corpore nos esse reconciliatos Deo, nunc in uno spiritu proximos esse factos ait; ut significet propter unum corpus, unius nos spiritus fieri participes. Quin et **183** appositis plane et idoneis vocabulis utitur. Nam ubi *reconciliationem* dixit, *Deum* nominavit ; ubi autem *accessum*, *Spiritum* nuncupavit.

Vers. 21. « In quo omnis ædificatio constructa crescit in templum sanctum in Domino. »

Assumpto in exemplum angulari lapide, quo totum ædificium firmatur, docet in Christo nos perinde fulciri. *Lapidem* autem dicendo, ejusque coagmentationem cum iis quibus constat ædificium, declarat cognationem nostram cum Unigenito Dei, quatenus secundum carnem natus est. Nam *quia pueri communicarunt carni et sanguini, et ipse similiter participavit eisdem* [42].

Vers. 22. « In quo et vos coædificamini in habitaculum Dei in Spiritu. »

In templo scilicet.

CAP. III.

Vers. 1-4. « Hujus rei gratia ego Paulus vinctus Christi Jesu pro vobis gentibus; si tamen audistis dispensationem gratiæ quæ data est mihi in vobis : quoniam secundum revelationem notum mihi fecit mysterium. »

Hujus quæ data nobis est gratiæ, inquit, ego minister sum et propugnator usque ad vincula, et idcirco mysterium mihi manifestatum fuit, ut per me vobis annuntiaretur.

« Sicut supra scripsi in brevi; prout potestis legentes intelligere prudentiam meam in mysterio Christi. »

Doctrina, inquit, mea brevi, concisoque sermone clauditur, et multa paucis tanquam semina docui, tantumdem vobis aperiendo, quantum possetis intelligere : intelligere, inquam, accuratiori et frequentiori lectione, non cursim aut perfunctorie.

[42] Hebr. II, 14.

Vers. 5-7. « Quod aliis generationibus non est agnitum filiis hominum, sicuti nunc revelatum est sanctis apostolis ejus et prophetis in Spiritu, gentes esse cohæredes et concorporales, et comparticipes promissionis ejus in Christo Jesu per Evangelium : cujus factus sum minister secundum donum gratiæ Dei, quæ data est mihi secundum operationem virtutis ejus. »

« Ὃ ἑτέραις γενεαῖς οὐκ ἐγνωρίσθη τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων, ὡς νῦν ἀπεκαλύφθη τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις αὐτοῦ καὶ προφήταις ἐν Πνεύματι, εἶναι τὰ ἔθνη συγκληρονόμα, καὶ σύσσωμα, καὶ συμμέτοχα τῆς ἐπαγγελίας αὐτοῦ ἐν τῷ Χριστῷ διὰ τοῦ Εὐαγγελίου, οὗ ἐγενόμην διάκονος κατὰ τὴν δωρεὰν τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ, τὴν δοθεῖσάν μοι κατὰ τὴν ἐνέργειαν τῆς δυνάμεως αὐτοῦ. »

Enimvero etsi prophetæ de mysterio hoc locuti fuerant, obstupescebant Petri comites : ipse vero Petrus tunc temporis, Spiritu manifestante, intellexit susceptas quoque esse gentes a Deo. Hactenus enim in obscuro jacebant eloquia prophetarum, et ænigmatis ut plurimum involvebantur, exspectabantque ut experimento comperta fierent. Illis igitur, qui gratiam Spiritus participavere, inquit, nunc manifeste patefacta est conjunctio societasque gentium cum Israel; gentilibus nimirum ad promissionem eamdem adductis propter unum accessum ad Christum.

Καὶ λαλούμενον γὰρ ἐν προφήταις μυστήριον ἦν· ἐξεπλήττοντο γοῦν οἱ μετὰ τοῦ Πέτρου. Καὶ αὐτὸς δὲ τότε ὁ Πέτρος συνίει διὰ τῆς τοῦ Πνεύματος ἀποκαλύψεως, ὅτι καὶ τὰ ἔθνη προσδέδεκται ὁ Θεός. Ἐν ἀδήλῳ γὰρ ἔτι τὰ τῶν προφητῶν ἔκειτο, καὶ δι' αἰνιγμάτων τὰ πολλὰ καὶ τῆς πείρας ἐπίγνωσιν ἔμενεν. Τοῖς οὖν μετόχοις, φησὶ, τῆς τοῦ Πνεύματος χάριτος σαφῶς ἀποκεκάλυπται νῦν ἡ κοινωνία τῶν ἐθνῶν, ἡ πρὸς τὸν Ἰσραὴλ, εἰς τὴν ἐπαγγελίαν τὴν αὐτὴν εἰσαγομένων καὶ τῶν ἐθνῶν, διὰ τὴν μίαν εἰς Χριστὸν προσαγωγήν.

Vers. 8 , 9. « Mihi omnium sanctorum minimo data est gratia hæc, in gentibus evangelizare. »

« Ἐμοὶ ἐλαχιστοτέρῳ πάντων ἁγίων ἐδόθη ἡ χάρις αὕτη, ἐν τοῖς ἔθνεσιν εὐαγγελίσασθαι. »

Seipsum *sanctorum minimum* dicit, quia Ecclesiam **184** olim insectatus erat, et illos majori honore dignos habet, qui ante se vocati essent, et priusquam sanguis sanctus effunderetur, apostolatus munus accepissent.

Ἐλάχιστον τῶν ἁγίων ἑαυτὸν καλεῖ, διὰ τὸ προδιῶξαι τὴν Ἐκκλησίαν, προτιμοτέρους ἑαυτοῦ τιθεὶς τοὺς προκεκληκμένους, καὶ πρὸ ἐκχύσεως ἁγίων αἱμάτων τὴν ἀποστολὴν ἐγχειρισθέντας.

« Investigabiles divitias Christi, et illuminare omnes, quæ sit dispensatio sacramenti absconditi a sæculis in Deo, qui omnia creavit per Jesum Christum. »

« Τὸν ἀνεξιχνίαστον πλοῦτον τοῦ Χριστοῦ, καὶ φωτίσαι πάντας, τίς ἡ οἰκονομία τοῦ μυστηρίου τοῦ ἀποκεκρυμμένου, ἀπὸ τῶν αἰώνων ἐν τῷ Θεῷ, τῷ τὰ πάντα κτίσαντι διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ. »

Immensas *Christi divitias* vocat, mundi totius salutem : *dispensationem* vero *sacramenti*, universorum hominum in uno Christo assumptionem. Hoc porro sacramentum, inquit, non postremo tandem hoc ævo excogitatum fuit a Deo, cui nulla voluntas recens accidit, sed ex toto æternum existit, sive Deus condere, sive salutem afferre proponat.

Πλοῦτον ἀμέτρητον Χριστοῦ λέγει, τὴν τοῦ παντὸς κόσμου σωτηρίαν· οἰκονομίαν δὲ τοῦ μυστηρίου τὴν ἀνάληψιν πάντων ἀνθρώπων εἰς ἕνα Χριστόν. Τοῦτο δὲ τὸ μυστήριον, φησὶν, οὐχ ὕστερον ἐπεσκέφθη παρὰ Θεῷ, ὅτι μηδὲν ἐπιγενόμενον βούλημα παρ' αὐτῷ, ἀλλὰ αἰώνιον ἅπαν, ἅμα τῷ κτίζειν, καὶ τὴν σωτηρίαν καταβαλλομένῳ.

Vers. 10. « Ut innotescat nunc principatibus et potestatibus in cœlestibus per Ecclesiam multiformis sapientia Dei. »

« Ἵνα γνωρισθῇ νῦν ταῖς ἀρχαῖς, καὶ ταῖς ἐξουσίαις ἐν τοῖς ἐπουρανίοις διὰ τῆς Ἐκκλησίας ἡ πολυποίκιλος σοφία τοῦ Θεοῦ. »

Uti principes mundi, inquit, quibus incognita sapientia illa erat, quæ pridem nobis destinata est, agnoscant tandem ex ædificatione Ecclesiæ novæ creationis auctorem, qui quidem morte sua finem imposuit priori creaturæ; per resurrectionem vero, novæ principium invexit.

Ἵνα οἱ ἄρχοντες, φησὶ, τοῦ κόσμου, οἱ τὴν σοφίαν ἀγνοήσαντες, τὴν πρὸς ἡμᾶς προορισθεῖσαν, ἐπιγνῶσι νῦν ἐκ τῆς Ἐκκλησίας οἰκοδομουμένης τὸν κτίστην τῆς νέας κτίσεως, πέρας μὲν ἐπιθέντα τῇ προτέρᾳ κτίσει διὰ τοῦ θανάτου, ἀρχὴν δὲ τῆς δευτέρας εἰσαγαγόντος διὰ τῆς ἀναστάσεως.

Vers. 11-13. « Secundum præfinitionem sæculorum, quam fecit in Christo Jesu Domino nostro, in quo habemus fiduciam et accessum in confidentia per fidem ejus. Propter quod peto ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis ; quæ est gloria vestra. »

« Κατὰ πρόθεσιν τῶν αἰώνων, ἣν ἐποίησεν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ἐν ᾧ ἔχομεν τὴν παρρησίαν καὶ τὴν προσαγωγὴν ἐν πεποιθήσει διὰ τῆς πίστεως αὐτοῦ. Διὸ αἰτοῦμαι μὴ ἐγκακεῖν ἐν ταῖς θλίψεσί μου ὑπὲρ ὑμῶν, ἥτις ἐστὶ δόξα ὑμῶν. »

A sæculis, inquit, sapientia Dei proposuit, præstituitque salutem quam Christus attulit, in ipso condens præfinitionem omnem dispensationis, quatenus hæc futura erat caput et summa totius renovationis. In nobis enim expurgatio facta est ;

Ἐξ αἰώνων, φησὶν, ἡ τοῦ Θεοῦ σοφία προέθετο, καὶ προδιατέταχε τὴν ἐν Χριστῷ σωτηρίαν, ἐν αὐτῷ ποιησαμένη τὴν ὅλην πρόθεσιν τῆς οἰκονομίας, καθὸ δὴ ἔμελλε κεφάλαιον ἔσεσθαι τῆς πάντων ἀναχαινίσεως. Ἐν ἡμῖν γὰρ ἡ κάθαρσις, ἐν αὐτῷ δὲ ἡ καθα-

ρότης· καὶ ἡ διὰ τῆς πίστεως συνάφεια μεταδίδωσιν ἡμῖν τῆς δι' αὐτοῦ παῤῥησίας.

A in illo autem mundities et puritas exstitit : ei conjunctio quæ per fidem patratur, confidentiam nobis communicat, cujus ipse sequester fuit.

« Τούτου χάριν κάμπτω τὰ γόνατά μου πρὸς τὸν Πατέρα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐξ οὗ πᾶσα πατριὰ ἐν οὐρανοῖς καὶ ἐπὶ γῆς ὀνομάζεται. »

Vers. 14, 15. « Hujus rei gratia flecto genua mea ad Patrem Domini nostri Jesu Christi, ex quo omnis paternitas in cœlis et in terra nominatur. »

Διπλοῦν τὸ ἔργον τῶν ἀποστόλων, διδασκαλία καὶ προσευχή, καθ' ἃ λέγουσιν οἱ περὶ τὸν Πέτρον· *Ἡμεῖς δὲ τῇ προσευχῇ καὶ τῇ διακονίᾳ τοῦ λόγου προσκαρτερήσομεν.* Ἡ δὲ τῶν γονάτων κλίσις τὸν προσπίπτοντα τῷ Θεῷ δηλοῖ. Πατριαὶ δὲ νῦν [a] ἐπὶ τῆς γῆς διχῶς ὀνομάζονται, τῶν μὲν κατὰ σάρκα τῶν δὲ κατὰ πνεῦμα πατέρων ὄντων. Ἐν οὐρανῷ δὲ πνευματικῶς μόνως ὀνομάζεσθαι δύνανται. Οἷος ἦν ὁ τοῦ Ἰσραὴλ διδάσκαλος, ὁ τὸν νόμον κομίσας ἄγγελος. Πολλὰ δὲ καὶ μείζονα ἀγγέλων, καὶ ἡγεμονικώτερά ἐστι πνεύματα· ὡς Ἡσαΐας δηλοῖ λέγων· *Οὐ πρέσβυς, οὐκ ἄγγελος*, μεῖζόν τι τοῦ ἀγγέλου τὸν πρέσβυν δηλῶν, ὃν καὶ *Πατέρα* ἀκόλουθον καλεῖσθαι παρὰ τῷ Ἀποστόλῳ.

Functio duplex apostolorum fuit, doctrina et oratio : quemadmodum Petrus ejusque socii dicunt : *Nos autem orationi et ministerio verbi instantes erimus*[42]. Porro per submissionem genuum ille denotatur qui coram Deo procidit. Paternites autem in terra dupliciter nominantur, ut alii secundum carnem sint patres, alii secundum spiritum : in cœlo autem spirituali duntaxat ratione possunt nominari. Atque ejusmodi erat doctor Israelis, angelus, inquam, ille qui legem tulit. Cæterum multi spiritus sunt ac longe sublimiores et spiritualiores angelis, veluti Isaias declarat dicens : *Non legatus, non angelus*[43]; quo significat non nihil angelo præstantiorem esse legatum, quem proinde Apostolus etiam *Patrem* appellat.

« Ἵνα δῴη ὑμῖν κατὰ τὸν πλοῦτον τῆς δόξης αὐτοῦ, δυνάμει κραταιωθῆναι διὰ τοῦ Πνεύματος αὐτοῦ εἰς τὸν ἔσω ἄνθρωπον, κατοικῆσαι τὸν Χριστὸν διὰ τῆς πίστεως ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν· ἐν ἀγάπῃ ἐῤῥιζωμένοι, καὶ τεθεμελιωμένοι, ἵνα ἐξισχύσητε καταλαβέσθαι σὺν πᾶσι τοῖς ἁγίοις. »

185 Vers. 16-18. « Ut det vobis secundum divitias gloriæ suæ virtute corroborari per Spiritum in interiorem hominem, habitare Christum per fidem in cordibus vestris, in charitate radicati et fundati, ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis. »

Ἡ αἴτησις μεγάλη, ὡς παρὰ μεγάλου, φησὶ, τοῦ διδόντος. Νῦν γὰρ τῷ ὄντι ἀξίως τῆς τοῦ Θεοῦ δόξης τὰς εὐχὰς ἐδιδάχθημεν, ὅτε μὴ γήϊνα ζητεῖν ἐπαιδεύθημεν, ἀλλ' οὐράνια. Ἡ δὲ αἴτησις, ἀνακαίνισις ψυχῆς καὶ ἐπισκευὴ εἰς τὸ ἐν Πνεύματι δυνατὸν, ὥσπερ ἡμᾶς ἀπολέλοιπει διαστάντας Θεοῦ.

C Magna petitio, inquit, quia a magno datore. Nunc enim vere didicimus dignas majestate Dei precationes fundere, quando edocti sumus non terrena quærere, sed cœlestia. Petitio autem renovatio est animi, et instauratio virtutis secundum Spiritum, qua destituti fuimus dum a Deo descivimus.

« Τί τὸ πλάτος, καὶ μῆκος, καὶ βάθος, καὶ ὕψος. »

« Quæ sit latitudo, et longitudo, et profundum, et sublimitas. »

Τὸ μὲν ἀσώματον ἐστὶν ἀμέτρητον, ἀλλὰ διὰ τῶν μετρουμένων σωμάτων ὑπέδειξεν αὐτοῦ τὸ ἄπειρον καὶ ἀπερίληπτον. Ὕψος δὲ καὶ βάθος φησὶ, κατὰ τὸ εἰρημένον ὑπὸ τοῦ ἀγγέλου· *Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη.* Καὶ τοῖς ἐπὶ γῆς γὰρ ἐφήπλωσε τὴν χάριν διὰ τῆς τοῦ Λόγου παρουσίας.

Quod incorporeum est, mensurari non potest; sed per corpora quæ sub mensuram cadunt, significavit immensitatem suam, quodque nequeat comprehendi. Sublimitas vero et profundum, inquit, eo sensu angelus dixerat : *Gloria in altissimis Deo, et in terra pax*[44]. Nam in terra quoque gratiam explicavit suam per adventum et præsentiam Verbi.

D

« Γνῶναί τε τὴν ὑπερβάλλουσαν τῆς γνώσεως ἀγάπην τοῦ Χριστοῦ. »

Vers. 19. « Scire etiam supereminentem scientiæ charitatem Christi. »

Ἐν τῇ μεταλήψει τοῦ Χριστοῦ ἡ ἀληθὴς γνῶσις· διὰ δὲ τῆς γνώσεως ἡ ἀγάπη ἔνδον ἐπὶ τῆς ψυχῆς οὖσα, καὶ γινωσκομένη, γνῶσιν ἀπόῤῥητον ποιεῖ, ἣν καὶ μείζονα λέγει τῆς ἐμφανοῦς καὶ διὰ λόγων γινομένης.

Communione cum Christo scientia vera habetur : charitas autem intus in anima per scientiam existens et cognita, arcanam notitiam parit, quam et majorem esse dicit illa quæ perspicua nobis est, et verbis ac litteris paratur.

[42] Act. VI, 4. [43] Isa. LXIII, 9. [44] Luc. II, 14.

VARIÆ LECTIONES.

[a] *Πατριαὶ δὲ νῦν.* Neque hæc a Chrysostomo accepta sunt, uti nec alia complura. Vocem πατρία, eodem sensu Damascenus accepit, quo Vulgatus noster interpres Latinus, pro *Paternitate*, non pro *cognatione aut familia* : qua etiam ab auctore nostro sumitur lib. *De fid. orth.* cap. 8.

« Ut impleamini in omnem plenitudinem Dei. » A

Ut additamento sanctæ illius Ecclesiæ cœlestis, tota plenitudo Dei coalescat, cum ex cœlestibus, tum ex terrenis.

Iterum precatur, ut eamdem fidem teneant. Hoc est enim, corda et intelligentias ipsorum in Christo muniri.

Πάλιν αὐτοῖς τὸ ὁμόπιστον εὔχεται. Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ φρουρηθῆναι τὰς καρδίας αὐτῶν, καὶ τὰ νοήματα ἐν Χριστῷ.

Vers. 8, 9. « De cætero, fratres, quæcunque sunt vera, quæcunque pudica, quæcunque justa, quæcunque casta, quæcunque amabilia, quæcunque bonæ famæ; si qua virtus, si qua laus disciplinæ, hæc cogitate. Quæ et didicistis, et accepistis, et audistis. »

« Τὸ λοιπὸν, ἀδελφοὶ, ὅσα ἐστὶν ἀληθῆ, ὅσα σεμνὰ, ὅσα δίκαια, ὅσα ἁγνὰ, ὅσα προσφιλῆ, ὅσα εὔφημα, εἴ τις ἀρετὴ, καὶ εἴ τις ἔπαινος, ταῦτα λογίζεσθε, ἃ καὶ ἐμάθετε, καὶ παρελάβετε, καὶ ἠκούσατε. »

Apostolus nos docet fidem in Christum esse caput omnis boni quod nobis accidat, cæteraque virtutum facinora velut exiguum quoddam ergo illam exsistere. Perinde est igitur ac si diceret : habiete fidem, quam in vobis incolumem servari precor. Superest autem ut vitam ad virtutis normam instituatis, quam etiam hortor vos ut arripiatis. Ait itaque, *de cætero*, non quod parum sit dare operam virtuti (hoc enim magnum est), **204** sed quia comparatione fidei parvum est, ac velut appendix. Fides siquidem fundamentum basisque et tutamen est, sine qua nihil quidpiam possit exstrui : quippe cum absque fundamentis nullum ædificium, nullaque domus consistat. Fides ergo fundamentorum instar est, totiusque domus structuræ : actiones vero virtutum, tecto similes sunt, quo ædificium omne clauditur, et veluti coronatur.

Ἐδίδαξεν ἡμᾶς ὁ Ἀπόστολος, ὡς κεφαλὴ παντὸς ἡμῖν ἀγαθοῦ ἡ πίστις, ἡ εἰς τὸν Χριστὸν, καὶ ὡς πάντα τὰ ἔργα τὰ κατ' ἀρετὴν, ὡς μέρος τι μικρὸν κατ' ἐκείνην εἰσίν. Ὅμοιον οὖν ὡσεὶ λέγοι· Ἔχετε τὴν πίστιν, ἣν καὶ φυλάττεσθαι ἐν ὑμῖν εὔχομαι. Λείπει δὲ ἔτι ὑμῖν ἡ κατ' ἀρετὴν πολιτεία, ἧς καὶ ἀντέχεσθαι ὑμᾶς παραινῶ. *Τὸ λοιπὸν* οὖν λέγε, οὐχ ὅτι μικρὸν τὸ κατ' ἀρετὴν πολιτεύεσθαι· μέγα γάρ· ἀλλ' ὅτι μικρὸν ὡς πρὸς σύγκρισιν τῆς πίστεως, καὶ περίλοιπον. Ὁ γὰρ θεμέλιος, καὶ ἡ ἀσφάλεια ἡ πίστις ἐστὶν, ἧς ἄνευ οὐ δυνατὸν οἰκοδομηθῆναί τι. Ἐπεὶ οὐδὲ οἰκοδομή ἐστιν, ὥσπερ οὐδὲ οἶκος ἄνευ θεμελίων. Ἔστιν οὖν ἡ μὲν πίστις τὰ θεμέλια, καὶ ἡ τοῦ παντὸς οἴκου οἰκοδομὴ, αἱ δὲ πράξεις αἱ κατ' ἀρετὴν, ὀρόφῳ ἐοίκασι συγκλείοντι καὶ οἱονεὶ στεφανοῦντι τὸ πᾶν οἰκοδόμημα.

« Et vidistis in me. »

« Καὶ εἴδετε ἐν ἐμοί. »

Quia monuit eos ut multiplicem virtutem amplexarentur, veracitatem nimirum, gravitatem morum, justitiam, castitatem, fraternam dilectionem, benedicentiam, et omnia quibus constat virtus, quæ famam bonam afferunt; cum horum omnium sollicitos esse monuerit, ne videatur aliquid eis majus præcipere quam assequi possent, adhortatur eos ut ad exemplum sui hæc omnia præstare studeant. Idem igitur est ac si diceret : Ne despondeatis animum, tanquam ardua præcepta sint et majora quam præstare valeatis. Audivistis enim universa hæc me coluisse : neque solum audivistis, sed et vidistis.

Ἐπειδὴ πολλῆς ἀρετῆς εἶπεν ἀντέχεσθαι, ἀληθείας, σεμνότητος, δικαιοσύνης, ἁγνείας, φιλαδελφίας, εὐλογίας, καὶ πάντων ὅσα ποιοῦσιν ἀρετὴν, ὅσα εὐφημίαν· ἐπειδὴ τούτων πάντων εἶπεν ἐπιμελεῖσθαι, ἵνα μὴ δόξῃ μείζονα ὢν ἰσχυὸν ποιεῖν ἐπιτάττειν αὐτοῖς, τούτου χάριν ἐφ' ἑαυτοῦ εἰς τὸ κατορθοῦν αὐτὰ παρακαλεῖ αὐτούς. Ὅμοιον οὖν ὡς εἰ λέγοι· Ἵνα μὴ ἀκηδιάσητε, ὡς μεγάλων ὄντων τῶν ἐπιταγμάτων, καὶ μειζόνων ἢ δύνασθαι κατορθοῦν. Ἐν ἐμοὶ γὰρ, φησὶν, ἅπαντα ἠκούσατε γινόμενα, καὶ οὐ μόνον ἠκούσατε, ἀλλὰ καὶ τεθέασθε.

« Hæc agite, et Deus pacis erit vobiscum. »

« Ταῦτα πράσσετε, καὶ ὁ Θεὸς τῆς εἰρήνης ἔσται μεθ' ὑμῶν. »

Παραινῶ, φησὶ, ποιεῖν αὐτὰ, ἐπειδὴ καὶ μέγας ὁ ὑπὲρ αὐτῶν μισθός· οὗτος δέ ἐστιν, τὸ σύνοικον ἔχειν τὸν Θεόν. A

« Ἐχάρην δὲ ἐν Κυρίῳ μεγάλως, ὅτι ἤδη ποτὲ ἀνεθάλετε τὸ ὑπὲρ ἐμοῦ φρονεῖν, ἐφ' ᾧ καὶ ἐφρονεῖτε· ἠκαιρεῖσθε δέ· οὐχ ὅτι καθ' ὑστέρησιν λέγω, Ἐγὼ γὰρ ἔμαθον ἐν οἷς εἰμὶ αὐτάρκης εἶναι. Οἶδα καὶ ταπεινοῦσθαι, οἶδα καὶ περισσεύειν ἐν παντί· καὶ ἐν πᾶσι μεμύημαι, καὶ χορτάζεσθαι καὶ πεινᾷν, καὶ περισσεύειν, καὶ ὑστερεῖσθαι. Πάντα ἰσχύω ἐν τῷ ἐνδυναμοῦντί με Χριστῷ. Πλὴν καλῶς ἐποιήσατε συγκοινωνήσαντές μου τῇ θλίψει. Οἴδατε δὲ καὶ ὑμεῖς, Φιλιππήσιοι, ὅτι ἐν ἀρχῇ τοῦ Εὐαγγελίου, ὅτε ἐξῆλθον ἀπὸ Μακεδονίας, οὐδεμία μοι Ἐκκλησία ἐκοινώνησεν εἰς λόγον δόσεως καὶ λήψεως, εἰ μὴ ὑμεῖς μόνοι· ὅτι καὶ ἐν Θεσσαλονίκῃ, καὶ ἅπαξ, καὶ δὶς εἰς τὴν χρείαν μου ἐπέμψατε· οὐχ ὅτι ἐπιζητῶ τὸν καρπὸν τὸν πλεονάζοντα εἰς λόγον ὑμῶν. Ἀπέχω δὲ πάντα, καὶ περισσεύω· πεπλήρωμαι δεξάμενος παρ' Ἐπαφροδίτου τὰ παρ' ὑμῶν. » B

Περὶ τῆς διακονίας ἧς ἀπέστειλαν αὐτῷ, λέγει. Ἐχάρη δὲ, οὐχ ὅτι ἔλαβεν, ἀλλ' ὅτι καρπὸν ἔσχον οἱ μαθηταί. Εἰ γὰρ ὁ Κύριος διέταξεν αὐτοὺς διδόναι, πῶς οὐκ ἔπταιον μὴ διδόντες; Οἰκείως οὖν σφόδρα τὸ, *ἀνεθάλετε*, εἶπεν. Ἀρχὴ γὰρ ἀγαθοῦ καρποῦ ἡ πρὸς τοὺς διδασκάλους κοινωνία, ὥσπερ ἀμέλει καὶ μαρασμοῦ, ἡ τούτων λήθη.

« Ὀσμὴν εὐωδίας, θυσίαν δεκτὴν, εὐάρεστον τῷ Θεῷ. » C

Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ παρέχον αὐτοῖς εὐωδιάζειν· νόμον γὰρ θεῖον πληροῦσιν.

« Ὁ δὲ Θεός μου πληρώσῃ πᾶσαν χρείαν ὑμῶν κατὰ τὸν πλοῦτον αὐτοῦ ἐν δόξῃ, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ ἡμῶν, ᾧ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. Ἀσπάσασθε πάντα ἅγιον ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Ἀσπάζονται ὑμᾶς οἱ σὺν ἐμοὶ ἀδελφοί· ἀσπάζονται ὑμᾶς πάντες οἱ ἅγιοι. Μάλιστα δέ. »

Ὅρα τῆς διακονίας πόσος ὁ καρπός· τὸ πλουτισθῆναι αὐτοὺς ἐν δόξῃ Χριστοῦ· ἅμα δὲ καὶ ῥῆμα αὐτοὺς διδάσκει, ὡς διὰ τὸ χρήσιμον αὐτῶν ἐκέλευσεν αὐτοὺς ὁ Χριστὸς κοινωνεῖν τοῖς διδασκάλοις, ἵνα τῶν πνευματικῶν αὐτῶν μεταλάβωσιν. Ἐπεὶ πῶς οὐκ ἠδύνατο ὁ τούτους πλουτίζων, καὶ τοὺς διδασκάλους πλουτίσαι; Ἀλλ' οἰκονομίᾳ τοῦτο πεποίηκεν, ἵνα καὶ οἱ διδάσκαλοι μὴ κατεπαίρωνται τῶν μαθητῶν, ὡς δωρεὰν αὐτοὺς πλουτίζοντες, μήτε οἱ μαθηταὶ ἀχθιῶσιν, ὡς ἀεὶ ἐν τῇ τῶν πτωχευόντων ὄντες τάξει, καὶ μηδὲν μεταδιδόντες αὐτοῖς. Διὰ τοῦτο ἀνάδοσιν καὶ κοινωνίαν ἐκέλευσε γίνεσθαι, εἰ καὶ τὰ τῶν διδασκάλων ἀσυγκρίτως μείζονα. D

« Οἱ ἐκ τῆς Καίσαρος οἰκίας. Ἡ χάρις τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ. »

Παραμυθεῖται σφόδρα αὐτοὺς, τῷ εἰς τὸν οἶκον

Hortor vos, inquit, ut hæc faciatis, quoniam magna pro eis merces redditur. Hæc porro est, qua contubernalis habetur Deus. A

Vers. 10-18. « Gavisus sum autem in Domino vehementer, quoniam tandem aliquando reflоruistis pro me sentire, sicut et sentiebatis : occupati autem eratis. Non quasi propter penuriam dico : ego enim didici, in quibus sum, sufficiens esse. Scio et humiliari, scio et abundare (ubique et in omnibus institutus sum) et satiari, et esurire, et abundare, et penuriam pati. Omnia possum in eo qui confortat me, Christo. Verumtamen bene fecistis communicantes tribulationi meæ. Scitis autem et vos, Philippenses, quod in principio Evangelii, quando profectus sum a Macedonia, nulla mihi Ecclesia communicavit in ratione dati et accepti, nisi vos soli : quia et Thessalonicam semel et bis in usum mihi misistis. Non quia quæro datum, sed requiro fructum abundantem in ratione vestra. Habeo autem omnia, et abundo : repletus sum, acceptis ab Epaphrodito quæ a vobis sunt. » B

De ministratione quam sibi miserant, loquitur. Lætabatur autem, non quia acceperat, sed quia discipuli fructum habuerant. Nam, cum Christus jusserit [65] eos largiri, quinam non in peccatum incurrissent, minime largiendo. Apposite igitur ait, *reflоruistis*. Boni siquidem fructus initium est communicatio cum magistris ; quemadmodum marcoris, horum oblivio.

« Odorem suavitatis, hostiam acceptam placentem Deo. » C

Hoc enim confert eis ut bonum odorem spirent ; quippe qui legem Dei impleant.

Vers. 19-23. « Deus autem meus impleat omne desiderium vestrum, secundum divitias suas in gloria in Christo Jesu. Deo autem et Patri nostro gloria in sæcula sæculorum. Amen. Salutate omnem sanctum in Christo Jesu. Salutant vos qui mecum sunt, fratres. Salutant vos omnes sancti. Maxime autem. »

205 Videsis quantus fructus præstiti officii, quod locupletentur in gloria Christi. Simul vero eos tacite docet, propter utilitatem ipsorum se præcepisse ut carnalia cum magistris communicarent, quo spiritualium bonorum eorum participes fierent. Eccur enim non queat ille qui ipsos ditat, magistros quoque locupletare ? Sed consulto id fecit, ne magistri adversus discipulos arrogantius extollerentur, ac si gratis illos divitiis suis augerent : nec rursum discipuli mœrenti animo essent, quod semper inter egenos haberentur, nihilque eis impartirent. Quocirca repensare mandavit et communicare, quamvis ea quæ a magistris tribuuntur, longe sint præstantiora. D

« Qui de Cæsaris domo sunt. Gratia Domini Jesu Christi. »

Ingenti eos solatio afficit, dum ait, in ipsius-

[65] Luc. x, 7.

met imperatoris aula prædicationem invaluisse, et eousque, ut et fideles qui Philippis agebant, illi salutarent.

« Cum spiritu vestro. Amen. »

Ostendit eos ad quos hæc scribit, spirituales esse. Hoc quippe ipsis per totam perinde epistolam testatur.

Ad Philippenses epistola scripta est Roma per Epaphroditum. Vers. 208.

A τὸν βασιλικὸν κεκρατηκέναι εἰπεῖν τὸ κήρυγμα, καὶ ἐπὶ τοσοῦτον, ὥστε καὶ τοὺς ἐν Φιλίπποις πιστοὺς κατασπάζεσθαι.

« Μετὰ τοῦ πνεύματος ὑμῶν. Ἀμήν. »

Δείκνυσιν ὡς πάντες, πρὸς οὓς γράφει τὴν ἐπιστολήν, εἰσὶ πνευματικοί. Τοῦτο γὰρ καὶ δι' ὅλης τῆς ἐπιστολῆς αὐτοῖς μαρτυρεῖ.

Πρὸς Φιλιππησίους ἐγράφη ἀπὸ Ῥώμης διὰ Ἐπαφροδίτου. Στίχων σή'.

ΕΙΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΝ ΠΡΟΣ ΚΟΛΟΣΣΑΕΙΣ.

IN EPISTOLAM AD COLOSSENSES.

CAPUT PRIMUM.

B

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ.

Vers. 1. « Paulus apostolus Christi Jesu per voluntatem Dei, et Timotheus frater. »

Epistolam scribit hominibus, qui ante quidem ab Epaphra Evangelii doctrinam acceperant, ampliore vero cognitione indigebant, quippe qui perfectam notitiam non haberent. Quocirca altiora quoque mysteria tractat, eosque in ipsummet dispensationis pelagus deducit, et orat ut ejusmodi scientia perfectiores evadant. Neque id solum, sed etiam admonet ne seducantur ab iis, qui cum Græcanico errori addicti essent, ipsos a veritate abstraherent, neque illis qui ex circumcisione sunt, fidem haberent. Utrosque enim procul a mysterio Dei abesse. Ad hæc demum moralem ad eos C sermonem facit, docetque quales esse oporteat illos qui secundum Christum vitam agunt.

« Παῦλος, ἀπόστολος Χριστοῦ Ἰησοῦ, διὰ θελήματος Θεοῦ, καὶ Τιμόθεος ὁ ἀδελφός. »

Γράφει τὴν ἐπιστολὴν ἀνδράσι παραλαβοῦσι μὲν τοῦ Εὐαγγελίου τὸν λόγον παρὰ Ἐπαφρᾶ, δεομένοις δὲ τῆς πλείονος γνώσεως· οὐ γὰρ εἶχον τελείαν γνῶσιν. Διὸ καὶ δογμάτων βαθυτέρων ἅπτεται, καὶ εἰς αὐτὸ τὸ τῆς οἰκονομίας αὐτοὺς εἰσάγει πέλαγος, καὶ ἐπεύχεται τελειωθῆναι ταύτῃ τῇ γνώσει. Οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ παραινεῖ μὴ ἀπάγεσθαι, μήτε τοῖς ἐξ Ἑλληνικῆς ἀπάτης ἀποσυλῶσιν αὐτοὺς τῆς ἀληθείας, μήτε πιστεύειν τοῖς ἐν περιτομῇ. Ἀμφότεροι γὰρ ἔξω τοῦ κατὰ Θεὸν μυστηρίου εἰσίν. Ἔτι γε μὴν καὶ τὸν ἠθικὸν αὐτοῖς συνάπτει λόγον, ὁποίους εἶναι δεῖ τοὺς κατὰ Χριστὸν ζῶντας, διδάσκων αὐτούς.

Vers. 2, 3. « Qui sunt Colossis. »

Urbs est Phrygiæ.

« Sanctis et fidelibus fratribus in Christo Jesu. Gratia vobis et pax a Deo Patre nostro, et Domino Jesu Christo. »

Fideles nuncupamur, non solum quia credimus, sed etiam quia nobis Dei mysteria concreduntur.

« Gratias agimus Deo et Patri Domini nostri Jesu Christi, semper pro vobis orantes, [Vers. 4, 5.] audientes fidem vestram in Christo Jesu, et dilectionem quam **206** habetis in sanctos omnes, propter spem quæ reposita est vobis in cœlis. »

Ait se propter hæc duo eorum vice gratias referre; propter rectam fidem in Christum, et propter dilectionem ipsorum in sanctos.

« Τοῖς ἐν Κολοσσαῖς. »

Ἡ πόλις τῆς Φρυγίας [k].

« Ἁγίοις καὶ πιστοῖς ἀδελφοῖς ἐν Χριστῷ. Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ Πατρὸς ἡμῶν καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ. »

Πιστοὶ, οὐ διὰ τὸ πιστεύειν μόνον καλούμεθα, ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ πιστευθῆναι τοῦ Θεοῦ μυστήρια.

« Εὐχαριστοῦμεν τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, πάντοτε περὶ ὑμῶν προσευχόμενοι, ἀκούσαντες τὴν πίστιν ὑμῶν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, καὶ τὴν ἀγάπην τὴν εἰς πάντας τοὺς ἁγίους, διὰ τὴν ἐλπίδα τὴν ἀποκειμένην ὑμῖν ἐν τοῖς οὐρα- D νοῖς. »

Εὐχαριστίαν ὑπὲρ αὐτῶν ἀναφέρειν φησὶ διὰ δύο ταῦτα, διά τε τὴν ὀρθὴν εἰς Χριστὸν πίστιν, καὶ τὴν ἀγάπην τὴν εἰς τοὺς ἁγίους.

VARIÆ LECTIONES.

[k] *Ἡ πόλις τῆς Φρυγίας.* Sic in Catena Œcumenii: Πόλις Φρυγίας αὕτη, ἡ λεγομένη νῦν Χώνα· *Hæc Phrygiæ civitas est, quæ nunc Chona appellatur.* Narrationem habeo Joanni Damasceno ascriptam, qua fertur Michael archangelus Chonæ vel Chonis in Phrygia apparuisse. Theodoretus, in cap. 2 hujus Epistolæ, ad hæc verba *in religione angelorum*, testatur apud Phryges illorumque vicinos exstitisse ad suam usque ætatem, εὐκτήρια τοῦ ἁγίου Μιχαήλ, *Oratoria S. Michaelis.*

« Ἣν προηκούσατε ἐν τῷ λόγῳ τῆς ἀληθείας τοῦ Εὐαγγελίου τοῦ παρόντος εἰς ὑμᾶς. »

Παρ' Ἐπαφρᾶ δηλονότι.

« Καθὼς καὶ ἐν παντὶ τῷ κόσμῳ, καὶ ἔστι καρποφορούμενον, καθὼς καὶ ἐν ὑμῖν, ἀφ' ἧς ἡμέρας ἠκούσατε, καὶ ἐπέγνωτε τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ ἐν ἀληθείᾳ, καθὼς καὶ ἐμάθετε ἀπὸ Ἐπαφρᾶ τοῦ ἀγαπητοῦ συνδούλου ἡμῶν, ὅς ἐστι πιστὸς ὑπὲρ ὑμῶν διάκονος τοῦ Χριστοῦ, ὁ καὶ δηλώσας ἡμῖν τὴν ὑμῶν ἀγάπην ἐν Πνεύματι. »

Τὴν δύναμιν τοῦ Εὐαγγελίου λέγει, πρὸς βεβαίωσιν τῶν ἀκουόντων, λέγων αὐτὸ διήκειν διὰ τοῦ κόσμου παντὸς, καρποφορούμενον ἐν ἔργοις, καὶ αὐξανόμενον ταῖς προσθήκαις τῶν πιστευόντων, ὥστε εἰδέναι τοὺς ἀκούοντας, ὅτι καθάπερ ἐν μεγίστῃ πόλει, καταριθμοῦνται δι' ὅλης τῆς οἰκουμένης αἱ Ἐκκλησίαι.

« Διὰ τοῦτο καὶ ἡμεῖς, ἀφ' ἧς ἡμέρας ἠκούσαμεν, οὐ παυόμεθα ὑπὲρ ὑμῶν προσευχόμενοι καὶ αἰτούμενοι, ἵνα πληρωθῆτε τὴν ἐπίγνωσιν τοῦ θελήματος αὐτοῦ, ἐν πάσῃ σοφίᾳ, καὶ συνέσει πνευματικῇ. »

Ἄξια σπουδῆς, φησὶν, ἐμοὶ τὰ καθ' ὑμᾶς. Διὸ καὶ ἀδιαλείπτως προσεύχομαι αἰτούμενος τὸ σοφίας δῶρον, ἵνα δι' αὐτοῦ μάθητε πῶς ἠθέλησεν ὁ Θεὸς τὸν κόσμον εἰς οἰκείωσιν τὴν ἑαυτοῦ ἀγαγεῖν, καὶ τίνι τρόπῳ τὰ τῆς οἰκειώσεως γενέσθαι δυνατὸν ἦν. Τοῦ μὲν νόμου συνάπτειν Θεῷ μὴ ἰσχύοντος, Χριστοῦ καὶ μόνου συνάπτοντος, ὅτι αὐτὸς δικαιοσύνης τῆς ὑπὲρ ἀνθρώπων πληρωτὴς γενόμενος, τὸ πληρωθὲν ἐφ' ἑαυτοῦ χαρίζεται τοῖς πιστεύουσιν.

« Περιπατῆσαι ὑμᾶς ἀξίως τοῦ Κυρίου, εἰς πᾶσαν ἀρέσκειαν, ἐν παντὶ ἔργῳ ἀγαθῷ καρποφοροῦντες, καὶ αὐξανόμενοι εἰς τὴν ἐπίγνωσιν τοῦ Θεοῦ, ἐν πάσῃ δυνάμει κατὰ τὸ κράτος τῆς δόξης αὐτοῦ, εἰς πᾶσαν ὑπομονὴν καὶ μακροθυμίαν μετὰ χαρᾶς. »

Αὕτη γὰρ σοφία πνευματικὴ, ἐξ ἧς ὁ ὑγιὴς καὶ πνευματικὸς βίος. Ἐπιτείνει γὰρ τὴν προθυμίαν τῶν ἀγαθῶν ἔργων ἡ σύνεσις.

« Εὐχαριστοῦντες τῷ Θεῷ, τῷ ἱκανώσαντι ἡμᾶς εἰς τὴν μερίδα τοῦ κλήρου τῶν ἁγίων ἐν τῷ φωτί· ὃς ἐρρύσατο ἡμᾶς. »

Πατέρα ἡμῶν λέγει τὸν Θεὸν, κατὰ τὴν δοθεῖσαν ἡμῖν διὰ τῆς εἰς τὸν Μονογενῆ πίστεως υἱοθεσίαν· *Ὅσοι γὰρ ἔλαβον αὐτὸν, ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν τέκνα Θεοῦ γενέσθαι.*

« Ἐκ τῆς ἐξουσίας τοῦ σκότους, μετέστησεν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Υἱοῦ τῆς ἀγάπης αὐτοῦ, ἐν ᾧ ἔχομεν τὴν ἀπολύτρωσιν, τὴν ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν. »

Σκότος, ἡ ἐξουσία τοῦ διαβόλου, καὶ ἐν σκότῳ τὸ δύνασθαι ἔχει, καθάπερ ὁ κλέπτης ἐν νυκτί· οἷς δὲ μὴ παρέστη τὸ κακίας σκότος, κατὰ τούτων οὐκ

« Quam audistis in verbo veritatis Evangelii, [Vers. 6] quod pervenit ad vos. »

Ab Epaphra videlicet.

« Sicut et in universo mundo, et fructificat, sicut et in vobis, ex ea die qua audistis et cognovistis gratiam Dei in veritate, [Vers. 7. 8] sicut didicistis ab Epaphra charissimo conservo nostro, qui est fidelis pro vobis minister Christi; qui et manifestavit nobis dilectionem vestram in Spiritu. »

Virtutem Evangelii recitat, ut auditores confirmet, cum ait illud universum mundum pervadere, et fructus effectis edere, atque accessionibus eorum qui fidem amplectuntur, augescere: ita ut quicunque audiant, liquido cognoscant, perinde atque in urbe maxima. sic per totum orbem Ecclesias numerari.

Vers. 9. « Ideo et nos, ex qua die audivimus, non cessamus pro vobis orantes, et postulantes ut impleamini agnitione voluntatis ejus, in omni sapientia et intellectu spiritali. »

Quæ ad vos spectant, inquit, digna sunt quibus studium impendam meum. Quamobrem sine intermissione vobis sapientiæ donum orationibus meis postulo, per quod addiscatis qua ratione Deus mundum voluerit sibi conciliare, et quomodo conciliationis hujus patrari negotium possit: quandoquidem lex ad hoc non valet uti nos conjungat Deo, solus vero Christus conjunctionem hanc patravit; quippe qui, justitiam propter homines implendo, plenitudinem suam iis qui credunt impartitur.

Vers. 10, 11. « Ut ambuletis digne Domino, per omnia placentes, in omni opere bono fructificantes, et crescentes in scientia Dei, in omni virtute confortati, secundum potentiam claritatis ejus, in omni patientia et longanimitate cum gaudio. »

Hæc enim est sapientia spiritualis, ex qua filius sanus et spiritualis nascitur. Intellectione quippe flagrans bonorum operum studium intentius augescit.

Vers. 12-14. « Gratias agentes Deo Patri, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine, qui eripuit nos. »

Patrem nostrum appellat Deum, pro ea adoptione quæ per fidem in Unigenitum donata nobis fuit: *Quotquot enim receperunt, dedit eis potestatem filios Dei fieri* [66].

« De potestate tenebrarum, et transtulit in regnum Filii dilectionis suæ, in quo habemus redemptionem, remissionem peccatorum. »

Tenebræ potestas diaboli sunt, qui in tenebris habeat ut possit, veluti fur in nocte. In illis **207** vero qui in malitiæ tenebris non jacent,

[66] Joan. I, 12.

universus istos nihil diabolus valet : et qui ex hac potestate evaserunt, hi sub regno Filii sunt, per quem revertimur in regnum Patris. Quoniam autem dictum hoc ad incarnationis dispensationem spectat, idcirco dicitur *dilectionis Patris Filius*, qui pro ministratoria sua, quam inter homines gessit, functione, vice hominum et propter homines dilectus est, et in servi forma adimplevit quæ deessent mundo. *Per sanguinem* ejus redemptionem esse factam dicit. Nam vice pretii sanguis Domini datus est, quo in lucem educuntur, qui morte tenebantur captivi. Alias enim fieri non potest, ut revocentur qui regno mortis subjiciuntur, nisi per illum qui mortis particeps exstitit, nobis vitam ad vitam paravit.

A ἰσχύει διάβολος. Οἱ δὲ τὴν ἐξουσίαν ταύτην ἀποφυγόντες, ὑπὸ τὴν βασιλείαν καθίστανται τοῦ Υἱοῦ, δι' οὗ ἐπανατρέχομεν ἐπὶ τὴν τοῦ Πατρὸς βασιλείαν. Ἐπειδὴ δὲ τῆς κατὰ σάρκα οἰκονομίας τὰ λεγόμενα, διὰ τοῦτο λέγεται *Υἱὸς τῆς ἀγάπης τοῦ Πατρός*, ἀντὶ ἀνθρώπων καὶ ὑπὲρ ἀνθρώπων ἀγαπηθείς, κατὰ τὴν ἐν ἀνθρώποις λειτουργικὴν ἐνέργειαν· καὶ κατὰ τὴν τοῦ δούλου μορφὴν πληρώσας τὰ ὑπὸ κόσμου ἐλλειπόμενα. *Καὶ διὰ τοῦ αἵματος* αὐτοῦ λέγει τὴν ἀπολύτρωσιν. Λύτρου γὰρ λόγῳ δέδοται τὸ αἷμα τοῦ Κυρίου, ἐξάγον τοὺς ὑπὸ θανάτου αἰχμαλώτους εἰς ζωήν· ὅτι οὐχ ἕτερος οἷόν τε ἦν ἐπαναχθῆναι τοὺς ὑπὸ τὴν τοῦ θανάτου βασιλείαν, ἢ διὰ τοῦ κοινωνήσαντος ἡμῖν θανάτῳ, καὶ ὁδηγοῦντος ἡμᾶς ζωήν.

207 VERS. 15. « Qui est imago Dei invisibilis. » Gratiæ enarratio ad theologiam recurrit. Nam ex operatione quam in adventu suo præstitit, Dei naturam novimus quæ ante ipsius adventum exstabat. Dei siquidem opus est, exstincta morte, pro ea vitam restitui, mundumque ad Deum revocari. Ideo dicit : *qui est imago Dei invisibilis*, ut monstret hunc esse Deum, nec tamen ipsum esse Patrem, sed imaginem Patris ; quippe qui habeat ut idem sit ac ille, cum interim ipse non ille sit.

B « Ὅς ἐστιν εἰκὼν τοῦ Θεοῦ τοῦ ἀοράτου. »

Ἡ τῆς χάριτος ἐξήγησις εἰς τὴν θεολογίαν ἀνατρέχει. Ἀπὸ γὰρ τῆς ἐνεργείας τῆς ἐν τῇ παρουσίᾳ γινώσκομεν τὴν τοῦ Θεοῦ οὐσίαν τὴν πρὸ τῆς παρουσίας. Θεοῦ γὰρ ἔργον, τὸ σβέσαι θάνατον, καὶ ζωὴν ἀντικαταστῆσαι, καὶ τὸν κόσμον εἰς Θεὸν ἐπαναγαγεῖν. Διὰ τοῦτο λέγει· *Ὅς ἐστιν εἰκὼν τοῦ Θεοῦ τοῦ ἀοράτου*, ἵνα καὶ ὅτι ἔστι Θεὸς, ἐμβείξῃ, καὶ ὅτι οὐχὶ ὁ Πατὴρ αὐτὸς, ἀλλ' εἰκὼν τοῦ Πατρὸς, ταυτότητα ἔχων πρὸς αὐτὸν, οὐκ αὐτὸς ὢν ἐκεῖνος.

« Primogenitus omnis creaturæ ; [VERS. 16 18] quoniam in ipso condita sunt universa quæ in cœlis et quæ in terra, visibilia et invisibilia, sive Throni, sive Dominationes, sive Principatus, sive Potestates ; omnia per ipsum et in ipso creata sunt, et ipse est ante omnia. »

C « Πρωτότοκος πάσης κτίσεως, ὅτι ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, τὰ ὁρατὰ καὶ τὰ ἀόρατα, εἴτε Θρόνοι, εἴτε Κυριότητες, εἴτε Ἀρχαὶ, εἴτε Ἐξουσίαι· τὰ πάντα δι' αὐτοῦ, καὶ εἰς αὐτὸν ἔκτισται, καὶ οὗτός ἐστι πρὸ πάντων. »

Videsis quomodo illius etiam nativitatem æternam ex Patre prædicat, eumque a rebus creatis secernit, dum ait, *in ipso creata esse omnia*. Quod si fratres alii præter hunc primum exstitissent, nunquam hæc in ipso condita pronuntiasset. Nam Pater omnia fecit *in sapientia* [67] : Christus vero *Dei virtus est, et Dei sapientia* [68].

Ὅρα πῶς καὶ τὴν ἐκ Πατρὸς αὐτοῦ προαιώνιον κηρύττει γέννησιν, καὶ τῶν κτισμάτων αὐτὸν χωρίζει, τῷ λέγειν, *ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα*. Εἰ δὲ ἀδελφότης ἦν υἱῶν δευτέρων ἐπὶ τῷ πρώτῳ γενομένων, οὐκ ἂν ἐν αὐτῷ ἔλεγεν αὐτὰ ἐκτίσθαι. *Τῇ γὰρ σοφίᾳ* πάντα ἐποίησεν ὁ Πατὴρ, Χριστὸς δὲ *ἐστὶ Θεοῦ δύναμις καὶ σοφία*.

« Et omnia in ipso constant, et ipse est caput corporis Ecclesiæ, qui est principium, primogenitus ex mortuis, ut sit in omnibus ipse primatum tenens. »

« Καὶ τὰ πάντα ἐν αὐτῷ συνέστηκε, καὶ αὐτός ἐστιν ἡ κεφαλὴ τῆς Ἐκκλησίας, ὅς ἐστιν ἀρχὴ, πρωτότοκος ἐκ τῶν νεκρῶν, ἵνα γένηται ἐν πᾶσιν αὐτὸς πρωτεύων. »

Et in ipso, inquit, universa creata sunt, et in ipso consistunt, et ipse est caput, et utraque D compingit, tum quæ theologiæ sunt, tum quæ exinanitionis. Nam is est qui ante sæcula natus est, qui et primogenitus ex mortuis. Eum vero *primatum tenere* dicit, non ut primatum ante acceperit, sed quatenus nos gloria ista donavit, ut ipse nobis anteiret. Hoc siquidem pacto ipsæ quoque res conditæ permansuræ erant, ut a conditor suo penderent, effugerentque corruptelam, quam, sustinuit interitui fracturam tradens; quemadmodum ipse Paulus enarravit in Epistola ad Ephesios [69].

Καὶ ἐν αὐτῷ, ἔκτισται, φησὶ, τὰ πάντα, καὶ ἐν αὐτῷ συνέστηκεν, καὶ αὐτός ἐστι κεφαλὴ, καὶ ἀμφότερα συνάγει, τά τε τῆς θεολογίας, καὶ τὰ τῆς κενώσεως. Αὐτὸς γὰρ, φησὶν, ἐστὶν ὁ πρὸ αἰώνων γεννηθεὶς, ὁ καὶ πρωτότοκος ἐκ τῶν νεκρῶν. *Πρωτεύειν* δὲ αὐτὸν λέγει, οὐχ ὡς τὸ πρωτεύειν προλαβόντα, ἀλλ' ὡς δόξαν ἡμῖν τοῦ πρωτεύεσθαι ὑπ' αὐτοῦ χαριζόμενον. Οὕτω γὰρ καὶ διαμένειν ἔμελλε τὰ ποιήματα, ἐξαρτηθέντα τοῦ δημιουργοῦ καὶ ἀποπεφευγότα τὴν φθοράν, ἣν ὑπέμεινεν ἐν τῷ τὴν διάρρηξιν εἰς φθορὰν μεταβάλλειν ὅπερ εἶπεν ἐν τῇ πρὸς Ἐφεσίους.

VERS. 19, 20. « Quia in ipso complacuit omnem

« Ὅτι ἐν αὐτῷ ηὐδόκησε πᾶν τὸ πλήρωμα κατοι-

[67] Psal. CIII, 24. [68] 1 Cor. I, 24. [69] Ephes. II, 13, 14.

κῆσαι, καὶ δι' αὐτοῦ ἀποκαταλλάξαι τὰ πάντα εἰς αὐτὸν, εἰρηνοποιήσας διὰ τοῦ αἵματος τοῦ σταυροῦ αὐτοῦ δι' αὐτοῦ, εἴτε τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, εἴτε τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. »

Ὅτι ἐν αὐτῷ ηὐδόκησεν ἀνακεφαλαιώσασθαι τὰ πάντα τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, οὕτω καὶ ἐνταῦθα πάλιν λέγει δι' ἑτέρων λέξεων. Ὁ γὰρ θάνατος τοῦ Χριστοῦ, καὶ τὸν ἄνθρωπον ἀνέσωσεν, καὶ ἀνεστοιχείωσε, καὶ τοὺς ἀγγέλους εἰς τὴν ἀρχαίαν ἤγαγε χαρὰν σωζομένων ἀνθρώπων, καὶ συνῆψε τὰ κάτω τοῖς ἄνω· καὶ τοῦτό ἐστι τὸ, *ἀποκαταλλάξαι τὰ πάντα.* Ἐποίησε γὰρ εἰρήνην, καὶ τὴν ἔχθραν ἦρεν ἐκ τοῦ μέσου. Διὸ καὶ ἔλεγον οἱ ἄγγελοι, *Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη.*

« Καὶ ὑμᾶς ποτὲ ὄντας ἀπηλλοτριωμένους καὶ ἐχθροὺς τῇ διανοίᾳ, ἐν τοῖς ἔργοις τοῖς πονηροῖς, νυνὶ δὲ ἀποκατήλλαξεν ἐν τῷ σώματι τῆς σαρκὸς αὐτοῦ διὰ τοῦ θανάτου, παραστῆσαι ὑμᾶς ἁγίους καὶ ἀμώμους, καὶ ἀνεγκλήτους κατενώπιον αὐτοῦ. »

Ἐχθροὶ ἦσαν τῇ διανοίᾳ οἱ κεχωρισμένοι τοῦ Ἰσραὴλ διὰ τὸ ἐν ἔργοις εἶναι πονηροῖς. Τὴν μὲν προϋπάρχουσαν ἔχθραν, διὰ τὴν κακίαν καὶ ἀνομίαν εἰς φιλίαν ἐληλυθέναι φησὶ, διὰ τὸ νεκρωθῆναι τὸν τῆς σαρκὸς βίον, τὸν ἐν ἡμῖν μὲν ἐρύπωμένον, ἐν Χριστῷ δὲ καθαρὸν, δοθέντα δὲ ὅμως εἰς νέκρωσιν ὑπὲρ τοῦ τὴν ἐν τῷ βίῳ τούτῳ παρ' ἡμῖν κεκρατηκυῖαν ἁμαρτίαν ἐκ βάθρων ἀναιρεθῆναι, ὥστε ἡμᾶς καθ' ἑτέραν ζωὴν τὴν ἐκ νεκρῶν παραστῆναι Θεῷ, μηκέτι ἐνόχους τοῖς ἐγκλήμασι τῆς προτέρας ζωῆς, ὅσοι δηλαδὴ συμμορφούμεθα τῷ θανάτῳ καὶ τῇ ἀναστάσει τοῦ Χριστοῦ.

« Εἴ γε ἐπιμένετε τῇ πίστει τεθεμελιωμένοι καὶ ἑδραῖοι, καὶ μὴ μετακινούμενοι ἀπὸ τῆς ἐλπίδος τοῦ Εὐαγγελίου, οὗ ἠκούσατε, τοῦ κηρυχθέντος ἐν πάσῃ τῇ κτίσει τῇ ὑπὸ τὸν οὐρανὸν, οὗ ἐγενόμην ἐγὼ Παῦλος διάκονος. »

Ἐπειδὴ ἀκοῇ τὰ κατ' αὐτοὺς οἶδεν, ἀμφιβόλως εἴρηκεν, *Εἴ γε ἐπιμένετε.* Δηλονότι τῆς πίστεως ἡ ἐπιμονὴ βεβαιοῖ τὴν πρὸς Θεὸν οἰκείωσιν.

« Νῦν χαίρω ἐν τοῖς παθήμασιν ὑπὲρ ὑμῶν. »

Ἐναγώνιον τὸ ἔργον τοῦ Ἀποστόλου. Καὶ ἐπειδὴ περὶ τὸ ἔργον ἐστὶ πρόθυμος, χαίρει καὶ ἐν τοῖς ἀγωνίσμασιν οἷς ἀγωνίζεται ὑπὲρ τῆς Ἐκκλησίας. »

« Καὶ ἀντανα πληρῶ τὰ ὑστερήματα τῶν θλίψεων τοῦ Χριστοῦ ἐν τῇ σαρκί μου ὑπὲρ τοῦ σώματος αὐτοῦ, ὅ ἐστιν ἡ Ἐκκλησία· ἧς ἐγενόμην ἐγὼ διάκονος κατὰ τὴν οἰκονομίαν τοῦ Θεοῦ, τὴν δοθεῖσάν μοι εἰς ὑμᾶς. »

Τουτέστι τῆς Ἐκκλησίας· καθὸ [1] γὰρ αὐτοῦ ἡ Ἐκκλησία.

Πληρῶσαι τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, τὸ μυστήριον τὸ

A plenitudinem inhabitare, et per eum reconciliare omnia in ipsum, pacificans per sanguinem crucis ejus, per ipsum, sive quæ in terris, sive quæ in cœlis sunt. »

In hoc quoque loco verbis aliis enuntiat, **208** Deo complacitum fuisse, ut in Christo instauraret universa quæ in cœlis, et quæ in terris sunt. Nam Christi mors, cum hominem salvum fecit redintegravitque, tum angelis gaudium reddidit pristinum propter salutem hominum, et inferiora superioribus copulavit: atque hoc est, *reconciliare omnia.* Etenim pacem fecit, inimicitiasque sustulit e medio. Quapropter angeli dicebant: *Gloria in excelsis Deo, et in terra pax* [70].

VERS. 21, 22. « Et vos cum essetis aliquando B alienati, et inimici sensu in operibus malis, nunc autem reconciliavit in corpore carnis ejus per mortem, exhibere vos sanctos, et immaculatos, et irreprehensibiles coram ipso. »

Sensu erant inimici, qui segregabantur ab Israel, cum operam malis operibus darent. Pristinas quidem inimicitias, quas malitia et iniquitas pepererant, in amicitiam esse mutatas dicit, vita carnis exstincta, quæ quidem, cum in nobis sorduisset, in Christo munda facta est: quippe quæ data fuit ad mortificationem, ut peccatum, quod in hac vita dominatum in nobis fuerat, radicitus tolleretur, quo nos ex mortuis vitam alteram agentes repræsentaremur Deo, nec essemus deinceps anterioris vitæ criminum rei; quotquot C nimirum conformati sumus ad mortem et resurrectionem Christi.

VERS. 23. « Si tamen permanetis in fide fundati, et stabiles, et immobiles a spe Evangelii, quod audistis, quod prædicatum est in universa creatura, quæ sub cœlo est; cujus factus sum ego minister. »

Quoniam auditu duntaxat acceperat quæ apud eos gererentur, quasi incertus dixit, *si tamen permanetis.* Nimirum fidei constantia firmius nos Deo conciliat.

VERS. 24. « Nunc gaudeo in passionibus pro vobis. »

Apostoli munus ad certamina comparatum erat. D Quocirca cum alacri animo incumbat operi, ideo in certaminibus lætatur, quibus pro Ecclesia desudabat.

« Et adimpleo quæ desunt passionum Christi, in carne mea, pro corpore ejus, quod est Ecclesia, [VERS. 25] cujus factus sum ego minister secundum dispensationem Dei, quæ data est mihi in vos. »

Hoc est pro Ecclesia; corpus enim ejus est Ecclesia.

« Ut impleam verbum Dei, [VERS. 26-29] my-

[70] Luc. II, 14.

VARIÆ LECTIONES.

[1] Legerim, σῶμα potius. Sed textus nimium hic luxatus mutilusque est.

sterium, quod absconditum fuit a sæculis et a generationibus; nunc autem manifestatum est sanctis ejus, quibus voluit Deus notas facere quæ sint divitiæ gloriæ sacramenti hujus in gentibus, qui est Christus; in vobis spes gloriæ, quem nos annuntiamus, corripientes omnem hominem, et docentes omnem hominem in omni sapientia, ut exhibeamus omnem hominem perfectum in Christo Jesu, in quod et laboro, certando secundum operationem ejus, quæ operatur in me in virtute. »

A ἀποκεκρυμμένον ἀπὸ τῶν αἰώνων, καὶ ἀπὸ τῶν γενεῶν· νυνὶ δὲ ἐφανερώθη τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ, οἷς ἠθέλησεν ὁ Θεὸς γνωρίσαι, τίς ὁ πλοῦτος τῆς δόξης τοῦ μυστηρίου τούτου ἐν τοῖς ἔθνεσιν, ὅς ἐστι Χριστὸς, ἐν ὑμῖν ἡ ἐλπὶς τῆς δόξης, ὃν ἡμεῖς καταγγέλλομεν, νουθετοῦντες πάντα ἄνθρωπον, καὶ διδάσκοντες πάντα ἄνθρωπον ἐν πάσῃ σοφίᾳ, ἵνα παραστήσωμεν πάντα ἄνθρωπον τέλειον ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, εἰς ὃ καὶ κοπιῶ ἀγωνιζόμενος κατὰ τὴν ἐνέργειαν αὐτοῦ, τὴν ἐνεργουμένην ἐν ἐμοὶ ἐν δυνάμει. »

CAP. II.

VERS. 1-3. « Volo enim vos scire qualem sollicitudinem habeam pro vobis, et iis qui sunt Laodiceæ, et quicunque non viderunt faciem meam **209** in carne, ut impleantur corda ipsorum, B instructi in charitate, et in omnes divitias plenitudinis intellectus in agnitionem mysterii Dei, et Patris, et Christi, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ et scientiæ absconditi. »

Apostoli ministerium in verbi doctrina consistit. Verbum autem de mundi salute tractat, quam olim quidem ab æternitate Deus proposuit et definivit; nunc autem palam patrata est, atque ab illis cognoscitur qui scientia digni sunt, non per sapientiam carnis, sed per eam quæ semper abscondita est apud Deum, cum mundo superior exsistat, et a Spiritu sancto pendeat. Hac opus habent, tum qui ex humana sapientia veniunt, tum qui ex lege; quia neque lex aperte mysterium C promisit, neque mundus eam comprehendit.

VERS. 4, 5. « Hoc autem dico, ut nemo vos decipiat in sublimitate sermonum. Nam etsi corpore absens sum, sed spiritu vobiscum sum, gaudens et videns ordinem vestrum et firmamentum ejus, quæ in Christo est, fidei vestræ. »

Ideo, inquit, in Christo thesauros omnes sapientiæ esse dixi, ne extrariam sapientiam inquiratis. Quandoquidem etsi corpore vobis non sum præsens, adsum tamen spiritu: gaudeoque propter fidem et rectum Ecclesiæ ordinem. Quanquam illud quoque quod deest vobis, video, et quæ sit doctrinæ necessitas. Nam ad fidem scientia necessaria est.

VERS. 6. 7. « Sicut ergo accepistis Jesum Chri- D stum Dominum, in ipso ambulate, radicati et superædificati in ipso, et confirmati fide, sicut et didicistis, abundantes in illo in gratiarum actione. »

Quia noverat epistolica doctrina non posse illos assequi sapientiæ altitudinem, hos consulto adhortando antevertit, bonam esse dicens traditionem quam acceperant, eamque duntaxat veram esse quam Epaphras tradiderat: quocirca e re ipsorum esse, ut fidem constanter teneant, charitatisque structuram adjiciant, atque in bonis semper operibus proficiendo, afflictiones non sine gratiarum actione tolerent.

ΚΕΦΑΛ. Β'.

« Θέλω δὲ ὑμᾶς εἰδέναι ἡλίκον ἀγῶνα ἔχω περὶ ὑμῶν καὶ τῶν ἐν Λαοδικείᾳ, καὶ ὅσοι οὐχ ἑωράκασι τὸ πρόσωπόν μου ἐν σαρκὶ, ἵνα πληρωθῶσιν αἱ καρδίαι αὐτῶν συμβιβασθέντων ἐν ἀγάπῃ, καὶ εἰς πάντα πλοῦτον τῆς πληροφορίας τῆς συνέσεως, εἰς ἐπίγνωσιν τοῦ μυστηρίου τοῦ Θεοῦ, καὶ Πατρὸς, καὶ τοῦ Χριστοῦ, ἐν ᾧ εἰσι πάντες οἱ θησαυροὶ τῆς σοφίας, καὶ τῆς γνώσεως ἀπόκρυφοι. »

Ἡ διακονία τοῦ Ἀποστόλου ἐστὶν ἐν τῇ λόγου διδασκαλίᾳ. Ὁ δὲ λόγος ἐστὶ περὶ τῆς τοῦ κόσμου σωτηρίας, τῆς πάλαι μὲν ἐξ ἀϊδίου παρὰ Θεῷ βεβουλευμένης καὶ ὁρισθείσης, ἐμφανῶς δὲ νῦν καταστησάσης, καὶ γινωσκομένης παρὰ τοῖς ἀξίοις τῆς γνώσεως, οὐ διὰ σοφίας σαρκικῆς, ἀλλὰ διὰ τῆς ἀποκεκρυμμένης ἀεὶ παρὰ Θεῷ, ὑπερκοσμίου τυγχανούσης, καὶ ἐν Πνεύματι ἁγίῳ κειμένης, ἧς δέονται καὶ οἱ ἐκ τῆς ἀνθρωπίνης σοφίας ἐρχόμενοι, καὶ οἱ ἐκ νόμου, ὅτι μήτε νόμος ἐξέφηνεν ἀργῶς τὸ μυστήριον, μήτε κόσμος κατέλαβεν.

« Τοῦτο δὲ λέγω, ἵνα μή τις ὑμᾶς παραλογίζηται ἐν πιθανολογίᾳ. Εἰ γὰρ καὶ τῇ σαρκὶ ἄπειμι, ἀλλὰ τῷ πνεύματι σὺν ὑμῖν εἰμι, χαίρων καὶ βλέπων ὑμῶν τὴν τάξιν, καὶ τὸ στερέωμα τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως ὑμῶν. »

Διὰ τοῦτο, φησὶν, εἴρηκα τοὺς πάντας θησαυροὺς τῆς σοφίας ἐν Χριστῷ τυγχάνειν, ἵνα μὴ τὴν ἔξωθεν σοφίαν ἐπιζητῆτε. Ἐπειδὴ καὶ οὐ παρὼν ὑμῖν σωματικῶς, πάρειμι πνευματικῶς, καὶ χαίρω ἐπὶ τῇ πίστει, καὶ εὐταξίᾳ τῆς Ἐκκλησίας. Βλέπω δὲ καὶ τὸ ἐνδεὲς ὑμῶν, καὶ τὸ ἐν χρείᾳ τῆς διδάσκαλίας. Ἐπὶ γὰρ πίστει γνῶσις ἀναγκαία.

« Ὡς οὖν παρελάβετε τὸν Χριστὸν Ἰησοῦν τὸν Κύριον, ἐν αὐτῷ περιπατεῖτε, ἐῤῥιζωμένοι, καὶ ἐποικοδομούμενοι ἐν αὐτῷ, καὶ βεβαιούμενοι ἐν τῇ πίστει, καθὼς ἐδιδάχθητε περισσεύοντες ἐν αὐτῇ. »

Ἐπειδὴ μήπω διὰ τῆς ἐπιστολιμαίου διδασκαλίας οἶδεν αὐτοὺς δυναμένους φθάνειν εἰς τὸ τῆς σοφίας βάθος, πρὸς ἀσφάλειαν παραγγέλματι αὐτοὺς προκαταλαμβάνει, λέγων ἀγαθὴν εἶναι τὴν παράδοσιν ἣν παρειλήφασι, καὶ μόνην ἀληθῆ τὴν περὶ Χριστοῦ διδασκαλίαν, ἣν ὁ Ἐπαφρᾶς παραδέδωκεν, καὶ δεῖν τὸ βέβαιον ἐπὶ τῇ πίστει φυλάξαι, καὶ προσθεῖναι τὴν τῆς ἀγάπης ἐποικοδόμησιν, καὶ προκόπτειν ἐν ἔργοις ἀγαθοῖς ἀεὶ, καὶ τὰ τῶν θλίψεων ἐν ὑπομονῇ μετ' εὐχαριστίας.

« Βλέπετε μή τις ὑμᾶς ἔσται ὁ συλαγωγῶν διὰ A τῆς φιλοσοφίας καὶ κενῆς ἀπάτης, κατὰ τὴν παράδοσιν τῶν ἀνθρώπων, κατὰ τὰ στοιχεῖα τοῦ κόσμου, καὶ οὐ κατὰ Χριστόν. »

Πλεονάζει κατὰ ταύτην τὴν ἐπιστολὴν πρὸς Ἕλληνας καὶ Ἰουδαίους διαλεγόμενος, ἑκατέρας ἐκτροπῆς ἀφαιρῶν τοὺς πεπιστευκότας. Πρῶτον μὲν οὖν τὴν ἐκ φιλοσοφίας ἀποσύλησιν φυλάττεται, *κενὴν ἀπάτην* λέγων εἶναι τὴν φιλοσοφίαν, ὅτι σχήματι καταπλήττει, καὶ πιθανότητι λόγων τῆς ἀληθείας ἀφεστηκυῖα. Οὐ γὰρ ἱκανὰ περὶ Θεοῦ τὰ ἐξ ἀνθρώπων νοήματα, ἐπειδὴ πᾶσαι αἱ ἀνθρώπιναι καταλήψεις ἐκ τῶν ὁρατῶν οὖσαι, καὶ ἐκ τῶν τοῦ κόσμου στοιχείων, οὐκ εἰσὶ βέβαιαι πρὸς τὴν τῶν ζητουμένων κατάληψιν, τῶν ἀοράτων τῶν ζητουμένων. B

« Ὅτι ἐν αὐτῷ κατοικεῖ πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος σωματικῶς: »

Ἐν Χριστῷ, φησὶ, καὶ ὁ Πατὴρ ἐστι καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα. Καὶ ἵνα μή τις νομίσῃ σχετικὴν εἶναι τὴν κατοίκησιν, ἢ συναπτικὴν ἁπλῶς, τούτου χάριν εἶπε, *σωματικῶς*, ἀντὶ τοῦ, οὐσιωδῶς. Λέγει οὖν, ὡς οὗτος ὁ γενόμενος ἄνθρωπός ἐστιν ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ ὁμοούσιος αὐτῷ τε καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι.

« Καὶ ἐστὲ ἐν αὐτῷ πεπληρωμένοι. »

Ἐπειδὴ σὰρξ αὐτοῦ καὶ μέλη γεγόνατε, καὶ κεφαλὴν αὐτὸν ἔχετε, τούτου χάριν Πνεύματος ἁγίου ἐστὲ πεπληρωμένοι.

« Ὅς ἐστιν ἡ κεφαλὴ πάσης ἀρχῆς καὶ ἐξουσίας. » C

Εἰ καὶ ὁμοούσιος, φησὶ, γέγονεν ἡμῖν κατὰ τὴν σάρκα, ἤτοι τὴν ἀνθρωπότητα, ἀλλ' οὖν καὶ οὗτός ἐστι κατεξουσιάζων τῶν ἀνθρώπων.

« Ἐν ᾧ καὶ περιετμήθητε περιτομῇ ἀχειροποιήτῳ, ἐν τῇ ἀπεκδύσει τοῦ σώματος τῶν ἁμαρτιῶν τῆς σαρκὸς, ἐν τῇ περιτομῇ τοῦ Χριστοῦ, συνταφέντες αὐτῷ ἐν τῷ βαπτίσματι, ἐν ᾧ καὶ συνηγέρθητε διὰ τῆς πίστεως τῆς ἐνεργείας τοῦ Θεοῦ, τοῦ ἐγείραντος αὐτὸν ἐκ τῶν νεκρῶν. Καὶ ὑμᾶς νεκροὺς ὄντας ἐν τοῖς παραπτώμασι, καὶ τῇ ἀκροβυστίᾳ τῆς σαρκὸς ὑμῶν, συνεζωοποίησεν ὑμᾶς σὺν αὐτῷ, χαρισάμενος ὑμῖν πάντα τὰ παραπτώματα. »

Ἐπισυνάπτει τοῖς Ἰουδαϊκοῖς τὰ Ἑλληνικὰ, οὐκ ἐκβάλλων αὐτὰ ὥσπερ ἐκεῖνα, ἀλλ' ὑπεραναβαίνων, D καὶ σώζων ἐν τοῖς πνευματικοῖς τὰ σωματικά. Τὸ πρῶτον οὖν γνώρισμα τοῦ Ἰουδαϊσμοῦ τὴν περιτομὴν ἔχων, ἡμᾶς, φησὶ, πιστεύοντας τῇ ἀληθεῖ περιτομῇ Χριστοῦ, καὶ μετέχοντας αὐτῆς· αὕτη δέ ἐστιν οὐ διὰ χειρουργίας ἀνθρωπίνης γινομένη, ἀλλὰ διὰ τῆς τοῦ σώματος ἐκουσίου ἀποδύσεως, τοῦ γηΐνου βίου ἀποτιθεμένου εἰς ἀνάληψιν τοῦ οὐρανίου, τοῦ δι' ἀναστάσεως ἡμῖν ἀποδιδομένου· ἥντινα ἀνάστασιν ἤδη μὲν ἔχομεν δυνάμει, πιστεύοντες τῷ ὑπὲρ ἡμῶν ἀναστάντι, κομιούμεθα δὲ καὶ ἔργῳ τὴν ἀνάστασιν ἐν τῷ ἰδίῳ καιρῷ.

« Ἐξαλείψας τὸ καθ' ἡμῶν χειρόγραφον τοῖς δόγμασιν, ὃ ἦν ὑπεναντίον ἡμῖν, καὶ αὐτὸ ἦρκεν ἐκ τοῦ μέσου, προσηλώσας αὐτῷ τῷ σταυρῷ, ἀπεκδυσάμε-

Vers. 8. « Videte ne quis vos decipiat per philosophiam, et inanem fallaciam, secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi, et non secundum Christum. »

Hac in epistola multum sermonem habet adversus Græcos et Judæos, quo ab utrorumque pravitate fideles deterreat. Primum igitur philosophiæ deceptionem cavet, ubi philosophiam *inanem fallaciam* vocat : quippe quæ specie percellat, et probabilitate rationum retrahat a veritate. Neque enim hominum sensa idonea sunt, ut percipiant ea quæ Dei sunt : quoniam universæ perceptiones humanæ, cum a visibilibus rebus incipiant, necnon ab elementis mundi, nihil firmitatis habent ad ea quæ quæruntur intelligenda, quippe cum invisibilia sint quæ quæruntur.

210 Vers. 9. « Quia in ipso inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter. »

In Christo, inquit, exsistit Pater ac Spiritus sanctus. Sed ne quis existimet affectu et habitudine tantum inhabitationem esse deitatis, aut simplici conjunctione; idcirco dixit, *corporaliter*, hoc est substantiali modo. Ait ergo, hac ratione illum qui factus est homo, Dei Filium esse, quia consubstantialis est ei, ac Spiritui sancto.

Vers. 10. « Et estis in illo repleti. »

Quandoquidem caro ipsius et membra facti estis, et eum habetis caput, eam ob rem Spiritu sancto estis repleti.

« Qui est caput omnis principatus et potestatis. »

Tametsi, inquit, consubstantialis nobis factus est secundum carnem, naturamve humanam, nihilominus ipse quoque hominibus dominatur

Vers. 11-13. « In quo et circumcisi estis, circumcisione non manufacta in exspoliatione corporis peccatorum carnis, sed in circumcisione Christi, consepulti ei in baptismo, in quo et simul resurrexistis per fidem operationis Dei, qui suscitavit eum ex mortuis. Et vos cum essetis mortui in delictis et præputio carnis vestræ, convivificavit cum illo, donans vobis omnia delicta. »

Res Græcanicas cum Judaicis conjungit, ut tamen istas velut illas non rejiciat, sed superius ascendat, et in spiritualibus corporalia conservet, Quocirca, admisso statim Judaismi indicio, circumcisione scilicet, nos qui veræ Christi circumcisioni credimus, ejus quoque consortes effici ait. Hæc porro non humana manu peragitur, sed spontanea corporis affectuum abdicatione, qua deposita terrestri vita, cœlestem assumimus, quæ nobis per resurrectionem Christi redditur. Atqui resurrectionem hanc jam potestate quidem habemus, credentes in illum qui nostri causa resurrexit, re vero tempore tandem suo obtinebimus.

Vers. 14, 15. « Delens quod adversus nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis et ipsum tulit de medio, affigens illud cruci;

et exspolians principatus et potestates; traduxit confidenter, palam triumphans illos in semetipso. »

A νος τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐξουσίας, ἐδειγμάτισεν ἐν παῤῥησίᾳ, θριαμβεύσας αὐτοὺς ἐν αὐτῷ.

In eos qui contumaces in Deum fuere, quædam veluti scriptura est, expressa pravæ vitæ delineatio. Instrumentum hoc dilutum fuit, ut non amplius adversum nos contestetur, modo ad decretum divinum accedamus, libera utique voluntate, diligentique studio. Cruci itaque Domini illud affixum fuit, hoc est abolitum et rescissum, exstincta vita, in qua improbitatis, ejusque contra nos testimonii expressionem ferebamus. Nam qui vitam istam exstinxit, chirographum subinde quod adversus eam exstabat, pessumdedit, et pravas potestates, quæ vitio carnis circum exercverant, quæque totum hominem obtegebant, una cum corpore exuit, suspenditque, **211** adeo ut susciperet quidem ipse confusionem ante hominum oculos; quam vero in illos a quibus in crucem actus fuit, sive in principes hujus mundi, rejiceret. Mors enim in qua robur eorum positum erat, enecata est, et in vitam commutata: quo factum est, ut illi throno exciderint, destructa morte, quæ basis ejus et fundamentum erat.

Ἐν τοῖς παρακούσασι Θεοῦ, καθάπερ γράμμα ἐστὶ τὴν παρακοὴν ἐλέγχον, ἢ ἐκτύπωσις, ἡ ἐκ τῆς πονηρᾶς ζωῆς. Τὸ διάγραμμα τοῦτο ἐξαλείφεται, ὡς μηκέτι καταμαρτυρεῖν ἡμῶν, ἐὰν δόγματι θείῳ προσίωμεν, τουτέστι προαιρέσει καὶ σπουδῇ. Προσήλωται οὖν, φησὶ, τῷ σταυρῷ τοῦ Κυρίου, τουτέστι νενέκρωται καὶ ἠκύρωται, τῆς ζωῆς νεκρωθείσης, ἐν ᾗ τὴν τύπωσιν εἴχομεν τῆς πονηρίας, καὶ τῆς ἐξ αὐτῆς καταμαρτυρίας. Ὁ γὰρ νεκρώσας τὴν ζωὴν, ἐνέκρωσε τὸ κατ' αὐτῆς χειρόγραφον, καὶ τὰς πονηρὰς ἐξουσίας τὰς περιπεφυκυίας τῇ κακίᾳ τῇ σαρκικῇ, καὶ οἱονεὶ σκεπούσας καὶ καλυπτούσας τὸν ἄνθρωπον, συναπεκδύσατο τῷ σώματι, συνεκρέμασε, βαστάζων μὲν αἰσχύνην αὐτὸς, τὴν ἐν ἀνθρώπων ὀφθαλμοῖς, περιτρέπων δὲ αὐτὴν εἰς τοὺς σταυροῦντας τοῦ αἰῶνος τούτου ἄρχοντας ὄντας· ὅτι τὸ ἰσχυρὸν αὐτῶν, ὁ θάνατος ἀνῃρέθη μεταπεσὼν εἰς ζωὴν, ὥστε ἐκπεπτωκέναι τοῦ θρόνου, διὰ τὸ τὴν ῥίζωσιν, καὶ τὴν ὑποβάθραν αὐτοῦ περιῃρῆσθαι, ἥτις ἐστὶν ὁ θάνατος.

B

« [Vers. 16, 17.] Nemo ergo vos judicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei festi, aut Neomeniæ, aut Sabbatorum, quæ sunt umbra futurorum, corpus autem Christi. »

« Μὴ οὖν τις ὑμᾶς κρινέτω ἐν βρώσει, ἢ ἐν πόσει, ἢ ἐν μέρει ἑορτῆς, ἢ Νουμηνίας, ἢ Σαββάτων, ἃ ἐστι σκιὰ τῶν μελλόντων, τὸ δὲ σῶμα Χριστοῦ. »

Facti estis immunes, inquit, ab illis præceptis quæ ad corpora spectabant. Nam hæc omnia umbratiles figuræ erant futurorum; quando nempe assistemus Deo, veram illam præferentes mundilitiam, veramque festivitatem agentes.

C

Ἀπηλλάγητε, φησὶ, τῶν περὶ σωμάτων νομοθεμάτων. Ταῦτα γὰρ πάντα τυπικαὶ σκιαὶ μελλόντων, ὅτε τὴν ὄντως ἔχοντες καθρότητα [m], καὶ τὴν ἀληθῆ ἑορτάζοντες ἑορτὴν, Θεῷ παραστησόμεθα.

Vers. 18, 19. « Nemo vos seducat, volens in humilitate et religione angelorum, quæ non vidit, ambulans, frustra inflatus sensu carnis suæ, et non tenens caput, ex quo totum corpus per nexus et conjunctiones subministratum et constructum crescit in augmentum Dei. »

« Μηδεὶς ὑμᾶς καταβραβευέτω, θέλων ἐν ταπεινοφροσύνῃ, καὶ θρησκείᾳ τῶν ἀγγέλων, ἃ μὴ ἑώρακεν ἐμβατεύων, εἰκῇ φυσιούμενος ὑπὸ τοῦ νοὸς τῆς σαρκὸς αὐτοῦ, καὶ οὐ κρατῶν τὴν κεφαλὴν, ἐξ οὗ πᾶν τὸ σῶμα διὰ τῶν ἁφῶν καὶ συνδέσμων χορηγοῦν, καὶ συμβιβαζόμενον αὔξει τὴν αὔξησιν τοῦ Θεοῦ. »

Nemo, ait, vobis sanciat legem quæ humilis adhuc abjectaque sit, quæ vos angelis procuratoribus, et administris orbis in carnalibus quoque subjiciat. Nam illi custodes legis, qui eam sequuntur, nulla causa sapientiam jactitant suam, cum capite, quod est Christus, careant; per quem universum Ecclesiæ corpus per commissuras et compagines ea accretione crescit, qua ipsi concessit Deus ut augescat. *Commissuras* autem et *nexus* appellat illos, qui verbum docent in Ecclesia. Ecclesia siquidem per eos Christo conjungitur, et in elegans ædificium exstruitur.

D

Μὴ νομοθετείτω τις ὑμῖν, φησὶ, νομοθεσίαν ἔτι τὴν ταπεινὴν, τὴν ὑπ' ἀγγέλοις οὖσαν ἐπιτρόποις, καὶ οἰκονόμοις, καὶ ἐν τοῖς σαρκικοῖς ταπεινῶν ὑμᾶς. Ταύτης γὰρ ἀντεχόμενοι οἱ τοῦ γράμματος φύλακες μάτην ἐπὶ σοφίᾳ μεγαλοφρονοῦσιν, οὐκ ἔχοντες τὴν κεφαλὴν, ὅς ἐστιν ὁ Χριστὸς, ἐξ οὗ ἅπαν τῆς Ἐκκλησίας τὸ σῶμα διὰ τῶν ἁφῶν καὶ συνδέσμων αὔξει τὴν αὔξησιν, ἣν αὐτῇ δέδωκεν ὁ Θεὸς αὐξάνεσθαι. *Συναφὰς* δὲ καὶ *συνδέσμους* τοὺς τὸν λόγον τῇ Ἐκκλησίᾳ κηρύττοντας λέγει. Δι' αὐτῶν γὰρ συνάπτεται ἡ Ἐκκλησία Χριστῷ, καὶ τὴν καλὴν οἰκοδομὴν οἰκοδομεῖται.

Vers. 20-22. « Si mortui estis cum Christo ab elementis mundi, quid adhuc tanquam viventes mundo decernitis? ne tetigeris, neque gustaveris, neque contrectaveris; quæ omnia sunt in interitum ipso usu. »

« Εἰ ἀπεθάνετε σὺν Χριστῷ ἀπὸ τῶν στοιχείων τοῦ κόσμου, τί ὡς ζῶντες ἐν κόσμῳ δογματίζεσθε; μὴ ἅψῃ, μηδὲ γεύσῃ, μηδὲ θίγῃς· ἃ ἐστι πάντα εἰς φθορὰν τῇ ἀποχρήσει. »

VARIÆ LECTIONES.

[m] Spatium vacuum est in mss.; lego autem καθαρότητα.

Εἰ ἐνεκρώθητε ταύτῃ, φησὶ, τῇ ζωῇ, καὶ παντὶ A δρωμένῳ καὶ σαρκικῷ. Τὸν γὰρ παρόντα βίον διὰ τῶν *στοιχείων* σημαίνει. Εἰ ἀπεθάνετε οὖν, φησὶ, τῷ αἰῶνι τούτῳ, τί πάλιν περὶ αὐτὸν στρέφεσθε, περὶ βρώματα, καὶ τὰ τοιαῦτα στρεφόμενοι; ταῦτα γὰρ, φησὶ, γαστρὶ δέδοται, καὶ εἰς φθορὰν χωρεῖ.

« Κατὰ τὰ ἐντάλματα καὶ διδασκαλίας τῶν ἀνθρώπων· ἅτινά ἐστι λόγον μὲν ἔχοντα σοφίας, ἐν ἐθελοθρησκείᾳ, καὶ ταπεινοφροσύνῃ, καὶ ἀφειδίᾳ σώματος, οὐκ ἐν τιμῇ τινι, πρὸς πλησμονὴν τῆς σαρκός. »

Ἐντολὰς ἀνθρώπων, τὰς μυθικὰς διδασκαλίας τῶν Ἰουδαίων λέγει, ἢ καὶ ἐντολὰς σαρκικὰς αὐτὰς λέγει, μηδὲν ἐχούσας πνευματικόν. Τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ, *οὐ κατὰ Θεόν*[n]. *Ἀφειδίαν δὲ σώματος*, B τὴν περιτομὴν λέγει.

ΚΕΦΑΛ. Γ'.

« Εἰ συνηγέρθητε τῷ Χριστῷ, τὰ ἄνω ζητεῖτε, οὗ ὁ Χριστός ἐστιν ἐν δεξιᾷ τοῦ Θεοῦ καθήμενος, τὰ ἄνω φρονεῖτε, μὴ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς· Ἀπεθάνετε γὰρ, καὶ ἡ ζωὴ ὑμῶν κέκρυπται σὺν τῷ Χριστῷ ἐν τῷ Θεῷ. Ὅταν ὁ Χριστὸς φανερωθῇ ἡ ζωὴ ὑμῶν, τότε καὶ ὑμεῖς σὺν αὐτῷ φανερωθήσεσθε ἐν δόξῃ. »

Ἐπεὶ οὖν, φησὶν, εἰς ἑτέραν ζωὴν ἀνέστητε τὴν οὐράνιον, τῶν κατὰ γῆν ἁπάντων δικαιωμάτων ἄνω γίνεσθε. Οὐ γὰρ δυνατὸν, ἀλλαχοῦ μὲν ἔχειν τὴν ζωὴν, τῆς δὲ ἑτέρωθι κειμένης ἔχειν τὰ νομοθετήματα· ἀλλὰ ἀργείτω μὲν τὰ περὶ σῶμα, ὡς C τεθνηκότων ἡμῶν, ἐνεργείσθω δὲ τὰ πνεύματα καθὸ ζῆτε, καὶ ἀναμενέτω τὸ σῶμα τὴν καὶ αὐτῷ δοθησομένην ζωὴν, ἐπειδὰν ὁ τῆς ζωῆς ἡμῖν χορηγὸς ἐπιφανῇ Χριστὸς, ἔχων μὲν αὐτὴν ἐν τῷ ἰδίῳ σώματι, μεταδώσων δὲ αὐτῆς καὶ τοῖς ἡμετέροις· ἐπειδὰν καὶ αὐτὰ εἰς ζωὴν προαχθῆναι δέῃ, ζωὴν τὴν ἔνδοξον, ζωὴν τὴν μακαρίαν, πρὸς ἣν ἰδίαν οὖσαν Χριστοῦ, καὶ ἡμεῖς συσχηματιζόμεθα.

« Νεκρώσατε οὖν τὰ μέλη ὑμῶν τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, πορνείαν, ἀκαθαρσίαν, πάθος, ἐπιθυμίαν κακὴν, καὶ τὴν πλεονεξίαν, ἥτις ἐστὶν εἰδωλολατρεία, δι' ἃ ἔρχεται ἡ ὀργὴ τοῦ Θεοῦ ἐπὶ τοὺς υἱοὺς τῆς ἀπειθείας· ἐν οἷς καὶ ὑμεῖς περιεπατήσατέ ποτε, ὅτε D ἐζῆτε ἐν αὐτοῖς· νυνὶ δὲ ἀπόθεσθε καὶ ὑμεῖς τὰ πάντα, ὀργὴν, θυμὸν, κακίαν, βλασφημίαν, αἰσχρολογίαν ἐκ τοῦ στόματος ὑμῶν. Μὴ ψεύδεσθε εἰς ἀλλήλους. »

Ἡ τοῦ Παύλου παραίνεσις, νεκρότητα μὲν εἰσηγεῖται πρὸς τὴν κοσμικὴν ζωὴν τὴν παρεφθαρμένην, ζωὴν δὲ ἀντὶ ταύτης εἰσάγει τὴν οὐράνιον καὶ πνευματικήν· καὶ νεκρῶσαι μὲν τὰ μέλη προστάττει τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, ὡς ἂν τῷ πνεύματι ἡμῶν ζωὴν καταλιπὼν κατὰ τὴν ἐν ἁγίῳ Πνεύματι πολιτείαν, ἀναγκαίαν δὲ τὴν νέκρωσιν τῆς ζωῆς ἀπο-

Si mortificati estis, inquit, huic vitæ, et omni quod visibile et carnale est. Præsentem quippe vitam, *elementa* dicendo significat. Si ergo huic sæculo mortui estis, inquit, cur ergo circa illud versamini iterum, circa escas, et alia ejusmodi? isthæc enim data sunt ventri, et in corruptionem abeunt.

« Secundum præcepta et doctrinas hominum : [Vers. 23] quæ sunt rationem habentia sapientiæ, in superstitione et humilitate, et ad non parcendum corpori, non in honore aliquo, ad saturitatem carnis. »

Præcepta hominum, fabulares Judæorum doctrinas vocat, quas perinde mandata carnis appellat, ut quæ nihil spiritus habeant. Hoc porro significat dum ait, *non secundum Deum*. Dicendo autem; *ad non parcendum corpori*, circumcisionem innuit.

CAP. III.

Vers. 1-4. « Igitur si consurrexistis cum Christo, quæ **212** sursum sunt quærite, ubi Christus est in dextera Dei sedens, quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram. Mortui enim estis, et vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Cum Christus apparuerit, vita vestra, tunc et vos apparebitis cum ipso in gloria. »

Quoniam ad vitam alteram, cœlestem nimirum, resurrexistis, superiores efficiamini terrenis omnibus institutis. Non enim fieri potest ut alio in loco vitam agamus, et vitæ alterius sanctiones C sectemur : sed quæ ad corpus attinent, cessare oportet, ac si mortui essetis ; operentur autem quæ sunt Spiritus secundum quem vivitis. Interim corpus exspectet vitam, quæ ipsi dabitur, quando ille qui vitæ est auctor, manifestus fiet, ut vitam qua suum corpus præditum est, nostris etiam impertiatur, quando isthæc quoque ad vitam adduci necesse erit, ad vitam, inquam, gloriosam, ad vitam felicem, cui, quoniam propria est Christi, nos quoque similes evademus.

Vers. 5-9. « Mortificate ergo membra vestra, quæ sunt super terram : fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam, et avaritiam, quæ est simulacrorum servitus, propter quæ venit ira Dei in filios incredulitatis. In quibus D et vos aliquando ambulastis cum viveretis in illis : nunc autem deponite et vos omnia, iram, indignationem, malitiam, blasphemiam, turpem sermonem de ore vestro. Nolite mentiri invicem. »

Hæc exhortatio Pauli, mundanæ seu corruptæ vitæ interemptionem suadet, in cujus locum cœlestem et spiritualem vitam subjicit. Ac membra quidem, quæ sunt super terram, jubet mortificari, ut tamen spiritui nostro supersit vita quæ secundum Spiritum sanctum instituatur. Necessariam autem esse ostendit vitæ hujus mortificationem,

VARIÆ LECTIONES.

[n] *Τὸ οὐ κατὰ Θεόν*. Videtur auctor in Apostoli textu legisse, διδασκαλίας ἀνθρώπων, οὐ κατὰ Θεόν.

ubi sordes ejus spurcitiasque edisserit; ne, quemadmodum gentiles, vitam quæ in corpore agitur, malam esse suspicemur, sed vitæ duntaxat deflexionem ad voluptates, in quibus scortatio est, et omnia quævis nequitiæ genera : immunditiam quoque et impudicitiam, libidinem, et concupiscentiam malam nominat; quibus et avaritiam adjungit, quippe quæ sequela sit voluptatum, quæ pecuniarum suppeditationem exigunt. Avaritiam vero, *servitutem idolorum* appellat, quoniam avari, relicto Dei cultu et servitio, Dei vice pecuniis serviunt. Ut ergo suadeat ejusmodi vitiis non adhærescere, iram Dei propter illa imminere ait in illos qui credere detrectant. E re non fuerit igitur, inquit, ut et fideles, qui iram effugerunt, in istis operibus versentur, in quibus vos olim versabamini, dum vitam illam agebatis, quam vos ex toto deponere commonemus.

Vers. 25-29. « Non deserentes collectionem nostram, sicut consuetudinis est quibusdam; sed consolantes, et tanto magis, quanto videritis appropinquantem diem. Voluntarie enim peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis, jam non relinquitur pro peccatis hostia; terribilis autem quædam exspectatio judicii, et ignis æmulatio, quæ consumptura est adversarios. Irritam quis faciens legem Moysi, sine ulla miseratione duobus vel tribus testibus moritur: quanto magis putatis deteriora mereri supplicia, »

Noverat enim ex familiaritate et collectione in unum, multum roboris eis accessurum. *Ubi enim,* ait Christus, *duo vel tres fuerint congregati* **249** *in nomine meo, ibi in medio eorum sum* [9].

« Qui Filium Dei conculcaverit, et sanguinem testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est, et spiritui gratiæ contumeliam fecerit. [Vers. 30, 31.] Scimus enim qui dixit: Mihi vindicta, ego retribuam, dicit Dominus. Et iterum: Judicabit Dominus populum suum. Horrendum est incidere in manus Dei viventis. »

Quando enim qui particeps illius fuit in mysteriis, peccatum admittit, quomodo non proculcat illum, utpote quem despicatui habeat?

Vers. 32-34. « Rememoramini pristinos dies, in quibus illuminati, magnum certamen sustinuistis passionum; et in altero quidem opprobriis et tribulationibus spectaculum facti, in altero autem socii taliter conversantium effecti. Nam et vinculis meis compassi estis, et rapinam bonorum vestrorum »

Quoniam deficiebantur ob afflictiones, vide quomodo eos consolatur, ac primum quidem ab iisdem. *Rememoramini*, inquit, *pristinos dies.* Deinde ab auctoritate Scripturæ, quæ dicit: *Justus autem ex fide vivet* [10]. Præterea rationes adjiciendo, dum ait: *Est fides sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium.* Itemque a majoribus et parentibus, magnis scilicet et admirandis illis viris. Ac merito quidem primo loco mentionem facit Abel, qui primus fuit eorum qui pro vera pietate mortui sunt; secundo ponit Enoch, qui propter pietatem translatus fuit: ubi omnino remunerationes fore ostendit; tertio Noe, quo notum faciat, pœnas eos qui non crediderint, persolvere.

[9] Matth. xviii, 20. [10] Habac. ii, 4.

VARIÆ LECTIONES.

[r] Verbum deest, forte εἰσφέρειν.

Observa eum de se, ut et de aliis qui constricti A vinculis fuerint, in hunc fere modum loqui. Non existimastis hæc vincula et catenas esse, sed velut athletæ generosi, ita stetistis; quia non nostri causa duntaxat opus non habuistis consolatione, sed et ipsi aliis solatio fuistis.

Ὁρᾷς, ὅτι περὶ αὐτοῦ φησι, καὶ τῶν ἄλλων δεδεμένων οὕτως. Οὐχ ἡγήσασθε δεσμὰ εἶναι, ἀλλ' ὥσπερ ἀθληταὶ γενναῖοι, οὕτως ἔστητε, ὅτι οὐ μόνον ἐν τοῖς ἡμετέροις οὐκ ἐδέεσθε παρακλήσεως, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις ἐγένεσθε παράκλησις.

« Cum gaudio suscepistis : cognoscentes vos habere meliorem et manentem substantiam. [VERS. 35-39.] Nolite itaque amittere confidentiam vestram, quæ magnam habet remunerationem. Patientia enim vobis necessaria est, ut voluntatem Dei facientes, reportetis promissionem. Adhuc enim modicum aliquantulum, qui venturus est veniet, et non tardabit. Justus autem ex fide vivet : quod si subtraxerit se, non placebit animæ meæ in illo. Nos autem non sumus subtractionis filii in perditionem, sed fidei in acquisitionem animæ. »

« Μετὰ χαρᾶς προσεδέξασθε, γινώσκοντες ἔχειν ἑαυτοῖς κρείττονα ὕπαρξιν ἐν οὐρανοῖς, καὶ μένουσαν. Μὴ ἀποβάλητε οὖν τὴν παῤῥησίαν ὑμῶν, ἥτις ἔχει μισθαποδοσίαν μεγάλην. Ὑπομονῆς γὰρ ἔχετε χρείαν, ἵνα τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ ποιήσαντες, κομίσησθε τὴν ἐπαγγελίαν. Ἔτι γὰρ μικρὸν ὅσον, ὁ ἐρχόμενος ἥξει, καὶ οὐ χρονιεῖ· ὁ δὲ δίκαιος ἐκ πίστεως ζήσεται. Καὶ ἐὰν ὑποστείληται, οὐκ εὐδοκεῖ ἡ ψυχή μου ἐν αὐτῷ. Ἡμεῖς δὲ οὐκ ἐσμὲν ὑποστολῆς εἰς ἀπώλειαν, ἀλλὰ πίστεως εἰς περιποίησιν ψυχῆς. »

Qui cum gaudio tolerat, mercedem quamdam sibi repositam esse ostendit; quodque res sibi detrimento non sit, sed proventui.

Ὁ μετὰ χαρᾶς φέρων, δείκνυσιν ὅτι ἔχει μισθόν τινα, καὶ ὅτι οὐ ζημία, ἀλλὰ πρόσοδός ἐστι τὸ πρᾶγμα.

CAP. XI

ΚΕΦΑΛ. ΙΑ'.

VERS. 1-4. « Est autem fides sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium. In hac enim testimonium consecuti sunt senes. Fide intelligimus aptata esse sæcula verbo Dei, ut non ex visibilibus visibilia fierent. Fide plurimam hostiam Abel, quam Cain, obtulit Deo; per quam testimonium consecutus est, esse justus, testimonium perhibente muneribus ejus Deo; et per illam defunctus »

« Ἔστι δὲ πίστις ἐλπιζομένων ὑπόστασις, πραγμάτων ἔλεγχος οὐ βλεπομένων. Ἐν ταύτῃ γὰρ ἐμαρτυρήθησαν οἱ πρεσβύτεροι. Πίστει νοοῦμεν κατηρτίσθαι τοὺς αἰῶνας ῥήματι Θεοῦ, εἰς τὸ μὴ ἐκ φαινομένων τὰ βλεπόμενα γεγονέναι. Πίστει πλείονα θυσίαν Ἄβελ παρὰ Κάϊν προσήνεγκε τῷ Θεῷ, δι' ἧς ἐμαρτυρήθη εἶναι δίκαιος, μαρτυροῦντος ἐπὶ τοῖς δώροις αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ, καὶ δι' αὐτῆς ἀποθανών »

Nisi quis invisibilia certitudine majori teneat, quam quæ videntur, fides esse non potest.

Ἂν γὰρ μή τις τῶν ὁρωμένων σαφέστερον περὶ τῶν ἀοράτων πεπληροφόρηται, πίστις εἶναι οὐ δύναται.

250 Adhuc loquitur. [VERS. 5-7.] « Fide Enoch translatus est ne videret mortem, et non inveniebatur, quia transtulit illum Deus; ante translationem enim testimonium habuit placuisse Deo. Sine fide autem impossibile est placere Deo. Credere enim oportet accedentem ad Deum, quia est, et inquirentibus se remunerator sit. Fide Noe, responso accepto de iis quæ adhuc non videbantur, metuens aptavit arcam in salutem domus suæ. »

« Ἔτι λαλεῖ· Πίστει Ἐνὼχ μετετέθειτο τοῦ μὴ ἰδεῖν θάνατον, καὶ οὐχ εὑρίσκετο, διότι μετέθηκεν αὐτὸν ὁ Θεός. Πρὸ γὰρ τῆς μεταθέσεως αὐτοῦ μεμαρτύρηται εὐηρεστηκέναι τῷ Θεῷ, χωρὶς δὲ πίστεως ἀδύνατον εὐαρεστῆσαι. Πιστεῦσαι γὰρ δεῖ τὸν προσερχόμενον τῷ Θεῷ, ὅτι ἔστι, καὶ τοῖς ἐκζητοῦσιν αὐτὸν ἀποδότης γίνεται. Πίστει χρηματισθεὶς Νῶε περὶ τῶν μηδέπω βλεπομένων, εὐλαβηθεὶς κατεσκεύασε κιβωτὸν εἰς σωτηρίαν τοῦ οἴκου αὐτοῦ. »

Quemadmodum cœlum ipso aspectu duntaxat suo loquitur, sic et Abel, dum in memoriam venit.

Ὥσπερ οὐρανὸς φαινόμενος μόνον λαλεῖ, οὕτω Ἄβελ μνημονευόμενος.

« Per quam damnavit mundum. »

« Δι' ἧς κατέκρινε τὸν κόσμον. »

Ostendit enim eos esse dignos supplicio, qui neque dum fabricaretur arca, ad sanitatem redierant.

Ἔδειξε γὰρ αὐτοὺς ἀξίους ὄντας κολάσεως, οἵ γε οὐδὲ διὰ τῆς κατασκευῆς τῆς κιβωτοῦ ἐσωφρονίζοντο. »

« Et justitiæ quæ secundum fidem est, hæres est institutus. »

« Καὶ τῆς κατὰ πίστιν δικαιοσύνης ἐγένετο κληρονόμος. »

Hoc est, ex hoc apparuit justus, quod crediderit Deo.

Τουτέστιν, ἀπὸ τούτου δίκαιος ἐφάνη, ἀπὸ τοῦ πιστεῦσαι Θεῷ.

VERS. 8-10. « Fide, qui vocatur Abraham, obedivit in locum exire, quem accepturus erat in hæreditatem; et exiit nesciens quo iret. Fide demoratus est in terra repromissionis, tanquam in aliena,

« Πίστει καλούμενος Ἀβραὰμ, ὑπήκουσεν ἐξελθεῖν εἰς τὸν τόπον, ὃν ἔμελλε λαμβάνειν εἰς κληρονομίαν, καὶ ἐξῆλθε, μὴ ἐπιστάμενος ποῦ ἔρχεται. Πίστει παῴκησεν εἰς γῆν τῆς ἐπαγγελίας, ὡς ἀλ-

λοτρίαν, ἐν σκηναῖς κατοικήσας μετὰ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ τῶν συγκληρονόμων τῆς ἐπαγγελίας τῆς αὐτῆς. Ἐξεδέχετο γὰρ »

A in casulis habitando, cum Isaac et Jacob coheredibus ejusdem repromissionis. Exspectabat enim »

Ἐπειδὴ εἰς τούτους ἐώρων οἱ ἐξ Ἑβραίων πεπιστευκότες, ὡς μυρίων ἀπολαύσαντας ἀγαθῶν, δείκνυσιν ὅτι οὐδέπω οὐδεὶς ἐκομίσατο.

« Τὴν τοὺς θεμελίους ἔχουσαν πόλιν. »

Τουτέστιν, τὴν ἀσάλευτον.

« Ἧς τεχνίτης καὶ δημιουργὸς ὁ Θεός. »

Αὐτὸς γὰρ ἐλθὼν, ἐκείνην αὐτοῖς ἐχαρίσατο. Εἰ μὴ γὰρ κατῆλθεν Ἰησοῦς, καὶ ἀνῆλθεν εἰς τὸν οὐρανὸν, πρόδρομος ἡμῶν γενόμενος, οὐκ ἂν ἡμεῖς ἐκείνων ἠξιώθημεν τῶν μονῶν.

Quoniam illi qui ex Hebræis crediderant, eos aspiciebant, ceu bonis innumeris ornatos, declarat neminem quidquam recepisse.

« Fundamenta habentem civitatem. »

Id est inconcussam et immobilem.

« Cujus artifex et conditor Deus. »

Ipse enim veniens hanc eis donavit. Nam nisi Jesus descendisset, et ascendisset in cœlum, præcursor noster factus, mansionibus istis nunquam dignati fuissemus.

« Πίστει γὰρ Σάῤῥα καὶ αὐτὴ δύναμιν »

Vers. 11. « Fide et ipsa Sara virtutem »

Ἐντρεπτικῶς ἐνταῦθα ἤρξατο, εἴ γε γυναικὸς ὀλιγοψυχότεροι φαίνονται. Ὅλος γὰρ αὐτῶν ὁ λόγος εἰς τοῦτο οἰκονομεῖται, εἰς τὸ ἀποκεκμηκότας αὐτοὺς ἀναπτῆσασθαι.

Hic veluti arguere incipit, quandoquidem muliere B imbecilliores videbantur. Nam totus iste de priscis patribus sermo ad hoc spectat, ut fatiscentes illos recreet.

« Εἰς καταβολὴν σπέρματος ἔλαβε, καὶ παρὰ καιρὸν ἡλικίας ἔτεκεν, ἐπεὶ πιστὸν ἡγήσατο τὸν ἐπαγγειλάμενον. »

« In missionem seminis accepit; etiam præter tempus ætatis peperit, quoniam fidelem credidit eum qui repromiserat. »

Τουτέστιν, εἰς τὸ κατασχεῖν τὸ σπέρμα.

Id est, ad retinendum semen.

« Διὸ καὶ ἀφ' ἑνὸς ἐγεννήθησαν, καὶ ταῦτα νενεκρωμένου, καθὼς τὰ ἄστρα τοῦ οὐρανοῦ τῷ πλήθει, καὶ ὡς ἄμμος, ἡ παρὰ τὸ χεῖλος τῆς θαλάσσης, ἡ ἀναρίθμητος. »

Vers. 12. « Propter quod et ab uno orti sunt (et hoc emortuo) tanquam sidera cœli in multitudinem, et sicut arena quæ est ad oram maris, innumerabilis. »

Τοῦτο οὐκ ἔστι, φησὶν, μόνον τὸ θαυμαστὸν, ὅτι ἔσχεν δύναμιν εἰς καταβολὴν σπερματος, ἀλλ' ὅτι τοσούτων ἐγένετο μήτηρ, ὅσων οὐδὲ εὔφοροι γαστέρες. Ὡς τὰ *ἄστρα* γὰρ, φησὶ, *τοῦ οὐρανοῦ*, ἐξ C ἑνὸς δὲ σπέρματος, λέγει.

Non hoc solum, inquit, mirabile est, quod virtutem habuerit ad susceptionem seminis; sed etiam quod tantæ multitudinis mater evaserit, quantam nec uteri ulli ferre valeant. Sicut *sidera cœli*, inquit, ex uno videlicet semine.

Κατὰ πίστιν ἀπέθανον οὗτοι πάντες, μὴ λαβόντες τὰς ἐπαγγελίας. »

Vers. 13-16. « Juxta fidem defuncti sunt omnes isti, non acceptis repromissionibus. »

Οἱ περὶ τὸν Ἀβραὰμ, φησίν.

Abraham nimirum, et qui ex eo orti sunt patriarchæ.

« Ἀλλὰ πόῤῥωθεν αὐτὰς ἰδόντες, καὶ ἀσπασάμενοι, καὶ ὁμολογήσαντες, ὅτι ξένοι καὶ παρεπίδημοί εἰσιν ἐπὶ τῆς γῆς. Οἱ γὰρ τοιαῦτα λέγοντες, ἐμφανίζουσιν, ὅτι πατρίδα ἐπιζητοῦσιν. Καὶ εἰ μὲν ἐκείνης ἐμνημόνευον, ἀφ' ἧς ἐξῆλθον, εἶχον ἂν καιρὸν ἀνακάμψαι. Νῦν δὲ κρείττονος ὀρέγονται, τουτέστιν ἐπουρανίου. Διὸ οὐκ ἐπαισχύνεται αὐτοὺς ὁ Θεὸς, Θεὸς ἐπικαλεῖσθαι αὐτῶν. Ἡτοίμασε γὰρ αὐτοῖς πόλιν. »

251 « Sed a longe eas accipientes, et salutantes, et confitentes quia peregrini et hospites sunt super terram. Qui enim hæc dicunt, significant se patriam inquirere. Et si quidem ipsius meminissent, de qua exierunt, habebant utique tempus revertendi. Nunc autem meliorem appetunt, id est cœlestem. Ideo non confunditur Deus vocari Deus eorum : paravit enim illis civitatem. »

Τῷ πνεύματι δηλονότι.

D Spiritu nimirum.

« Πίστει προσενήνοχεν Ἀβραὰμ τὸν Ἰσαὰκ πειραζόμενος, καὶ τὸν μονογενῆ προσέφερεν, ὁ τὰς ἐπαγγελίας ἀναδεξάμενος, πρὸς ὃν ἐλαλήθη, ὅτι Ἐν Ἰσαὰκ κληθήσεταί σοι σπέρμα. »

Vers. 17, 18. « Fide obtulit Abraham Isaac, cum tentaretur; et unigenitum offerebat, qui susceperat repromissiones, ad quem dictum est : Quia in Isaac vocabitur tibi semen. »

Πεῖραν τῆς εὐσεβείας ἐπιδεικνύς. Πειράζει γὰρ, οὐχ ὡς ἀγνοῶν Θεὸς, ἀλλ' ὅτι οἱ ἅγιοι πεῖραν καὶ ἀπόδειξιν τῆς εὐσεβείας παρασχόμενοι, θαυμαστοὶ παρὰ πᾶσι γένωνται.

Experimentum præbens pietatis suæ. Nam Deus periculum facit, non ex ignorantia, sed ut sancti, probata demonstrataque pietate sua, cunctos in admirationem rapiant.

« Λογισάμενος, ὅτι καὶ ἐκ νεκρῶν ἐγεῖραι δυνατὸς ὁ Θεός. »

Vers. 19. « Arbitrans quia et a mortuis suscitare potens est Deus. »

Ἔλεγε, φησὶν, ὅτι ὁ ἐκ μήτρας καὶ γεγηρακυίας, καὶ ἀχρήστου γεγενημένης, υἱὸν γενέσθαι παρεσχηκὼς, καὶ σφαγέντα ἀναστῆσαι δυνήσεται.

Dicebat, inquit : Ille qui ex vulva propter senium marcida atque inutili reddita, gigni filium concessit, ipse poterit et occisum excitare.

« Ὅθεν αὐτὸν καὶ ἐν παραβολῇ ἐκομίσατο. »

« Unde eum et in parabolam accepit. »

Id est, in exemplum. Nam figura Christi factus est : hocque facinus signum erat fore ut Pater Unigenitum traderet offerendum.

Vers. 20, 21. « Fide et de futuris benedixit Isaac Jacob et Esau. Fide Jacob moriens singulos filiorum Joseph benedixit. »

Undenam, inquit, filiis tanta illa bona pollicitus est, nisi quia credebat Deo ?

« Et adoravit in fastigio virgæ suæ. [Vers. 22.] Fide Joseph de profectione filiorum Israel memoratus est. »

Tunc, inquit, non solum effatus est, sed et iis quæ ventura erant, adeo confidebat, ut et hoc ipse gestis exprimeret. Nam quia futurum erat ut ex Ephraim rex alter consurgeret, eapropter adorasse eum in fastigio virgæ suæ ait. Jam enim, inquit, Josephum adoraverat, significans eum ab universo populo propter Ephraim adorandum : id quod postmodum a tribubus patratum fuit.

Hoc est, quia jam grandævus erat.

« Et de ossibus suis mandavit. [Vers. 23.] Fide Moyses natus, »

Ut certo crederet populus redemptionem ipsis quondam adfuturam. Neque enim de ossium suorum translatione commonuisset, nisi hoc certo prænosset futurum.

« Occultatus est mensibus tribus a parentibus suis, eo quod vidisset elegantem infantem; et non timuerunt regis edictum. [Vers. 24.] Fide Moyses grandis factus, »

Quia non ita grave est sanctis illis viris inferiores videri, eam ob rem homines nullius nominis et ignobiles profert.

252 « Negavit se esse filium filiæ Pharaonis, [Vers. 25] magis eligens affligi cum populo Dei, »

Hoc ait ut doceat illos omnia despicere, nec concidere animis, dum facultates suæ diriperentur : quando Moyses quoque propter fidem thesauros regios reliquit.

Non simpliciter dimisit, sed et abrenuntiavit, hoc est odio illud habuit, et exhorruit. Dum enim cœlum proponebatur, frustra regias Ægypti domos miratus esset.

« Quam temporalis peccati habere jucunditatem : [Vers. 26] majores divitias existimans thesauro Ægyptiorum »

Peccatum esse dixit, nolle cum aliis affligi.

« Improperium Christi : aspiciebat enim in remunerationem. [Vers. 27.] Fide reliquit Ægyptum, non veritus animositatem regis.

Hoc est, talia sibi exprobrari, qualia nobis propter Christum : seu quia Ægyptii Deo contumeliam irrogarant, injuste afficiendo, et laboribus opprimendo Israelitas, ac si ab illo liberari non possent.

« Invisibilem enim tanquam videns sustinuit. »

Τουτέστιν ἐν ὑποδείγματι. Τύπος γὰρ γέγονε Χριστοῦ· καὶ τοῦτο ἦν σύμβολον, τοῦτον Πατέρα τὸν Μονογενῆ προσάγειν.

« Πίστει καὶ περὶ μελλόντων εὐλόγησεν Ἰσαὰκ τὸν Ἰακὼβ καὶ τὸν Ἡσαῦ. Πίστει Ἰακὼβ ἀποθνήσκων, ἕκαστον τῶν υἱῶν Ἰωσὴφ εὐλόγησεν.

Πόθεν, φησὶν, ἐπηγγείλατο τοῖς υἱοῖς τοσαῦτα ἀγαθὰ, ἢ ἀπὸ τοῦ πιστεύειν τῷ Θεῷ;

« Καὶ προσεκύνησεν ἐπὶ τὸ ἄκρον τῆς ῥάβδου αὐτοῦ. Πίστει Ἰωσὴφ τελευτῶν περὶ τῆς ἐξόδου τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ ἐμνημόνευσε. »

Ἐνταῦθα, φησὶν, οὐ μόνον εἶπεν, ἀλλὰ καὶ οὕτως ἐβάρρει τοῖς ἐσομένοις, ὡς καὶ τῷ ἔργῳ αὐτὸς ἐπέδειξεν. Ἐπειδὴ γὰρ ἔμελλεν ἀπὸ τοῦ Ἐφραὶμ ἀνίστασθαι βασιλεὺς ἕτερος, διὸ, φησὶ, καὶ προσεκύνησεν ἐπὶ τὸ ἄκρον τῆς ῥάβδου αὐτοῦ. Ἤδη γάρ, φησὶν, προσεκυνεῖτο τῷ Ἰωσὴφ, τὴν τοῦ παντὸς τοῦ λαοῦ προσκύνησιν δηλῶν, τὴν ἐσομένην αὐτῷ διὰ τοῦ Ἐφραΐμ· καὶ τοῦτο ἐξέβη διὰ τῶν φυλῶν ὕστερον.

Τουτέστι καὶ γέρων ὢν ἤδη.

« Καὶ περὶ τῶν ὀστέων αὐτοῦ ἐνετείλατο. Πίστει Μωϋσῆς γεννηθείς, »

Ἵνα πιστεύσῃ ὁ λαὸς, ὅτι πάντως ἔσται αὐτῷ λύτρωσις. Οὐκ ἂν γὰρ περὶ τῆς μεταθέσεως τῶν ὀστῶν ἐμνημόνευσεν, εἰ μὴ ἀκριβῶς ἑώρα ἐσομένην αὐτήν.

« Ἐκρύβη τρίμηνον ἀπὸ τῶν πατέρων αὐτοῦ, διότι εἶδον ἀστεῖον τὸ παιδίον, καὶ οὐκ ἐφοβήθησαν τὸ διάταγμα τοῦ βασιλέως. Πίστει Μωϋσῆς μέγας γενόμενος, »

Ἐπειδὴ τῶν ἁγίων ἐκείνων ἐλάττους φανῆναι οὐδὲν ἦν δεινὸν, τούτου χάριν, καὶ εὐτελεῖς, καὶ ἀσήμους ἄνδρας τίθησιν.

« Ἠρνήσατο λέγεσθαι υἱὸς θυγατρὸς Φαραὼ μᾶλλον ἑλόμενος συγκακουχεῖσθαι τῷ λαῷ τοῦ Θεοῦ, »

Τοῦτό φησι, διδάσκων αὐτοὺς καταφρονεῖν πάντων, καὶ μὴ ἀδημονεῖν ἐπὶ τῇ τῶν ὑπαρχόντων ἁρπαγῇ, ὅπου γε ὁ Μωϋσῆς διὰ πίστιν τοὺς βασιλικοὺς ἐξέλιπε θησαυρούς.

Οὐχ ἁπλῶς ἀφῆκεν, φησὶν, ἀλλ' ἠρνήσατο, τουτέστιν ἐμίσησε, καὶ ἀπεστράφη. Τοῦ γὰρ οὐρανοῦ προκειμένου, περισσὸν ἦν τὰ βασίλεια θαυμάζειν Αἰγύπτου.

« Ἢ πρόσκαιρον ἔχειν ἁμαρτίας ἀπόλαυσιν· μείζονα πλοῦτον ἡγησάμενος τῶν ἐν Αἰγύπτῳ θησαυρῶν »

Ἁμαρτίαν εἶπε, τὸ μὴ θελῆσαι τοῖς ἄλλοις συγκακωθῆναι.

« Τὸν ὀνειδισμὸν τοῦ Χριστοῦ· ἀπέβλεπε γὰρ εἰς τὴν μισθαποδοσίαν. Πίστει κατέλιπεν Αἴγυπτον, μὴ φοβηθεὶς τὸν θυμὸν τοῦ βασιλέως. »

Τουτέστιν, Τὸ ὀνειδίζεσθαι τοιαῦτα, οἷα ὑμεῖς διὰ τὸν Χριστόν· ἢ ὅτι οἱ Αἰγύπτιοι ὠνείδισαν τὸν Θεὸν, ἀδικοῦντες, καὶ καταπονοῦντες τοὺς ἐξ Ἰσραὴλ, ὡς μὴ δυνάμενον σώζειν.

« Τὸν γὰρ ἀόρατον ὡς ὁρῶν ἐκαρτέρησε. »

Τὸν Θεὸν ἔχων, φησὶ, διὰ παντὸς ἐν τῇ καρδίᾳ, A ταῦτα ὑπέμεινε.

« Πίστει πεποίηκε τὸ Πάσχα, καὶ τὴν πρόσχυσιν τοῦ αἵματος, ἵνα μὴ ὁ ὀλεθρεύων τὰ πρωτότοκα θίγῃ αὐτῶν. »

Τὸν περὶ τῶν μυστηρίων ἐμβάλλει λόγον. Λέγει δὲ, ὅτι πιστεύσας τὸν ὀλεθρευτὴν δυσωπεῖν, καὶ σώζειν τὸ γένος, τὸ ἀρνίον ἔσφαξεν.

« Πίστει διέβησαν τὴν Ἐρυθρὰν θάλασσαν, ὡς διὰ ξηρᾶς. »

Πάλιν εἰς λαὸν ὁλόκληρον ἐξάγει τὴν μίμησιν. Ἵνα μὴ λέγωσιν, ὅτι Οὐ δυνάμεθα κατὰ τοὺς ἁγίους γενέσθαι.

« Ἧς πεῖραν λαβόντες οἱ Αἰγύπτιοι, κατεπόθησαν. Πίστει τὰ τείχη Ἰεριχὼ ἔπεσε, κυκλωθέντα ἐπὶ ἑπτὰ ἡμέρας. » B

Ἔδειξε, φησὶν, ὅτι ὕδωρ ἦν, διὰ τῶν ἐμπεσόντων καὶ ἀποπνιγέντων, εἰ καὶ κατὰ βούλησιν Θεοῦ, στερεώτερον τείχους ἐγένετο.

« Πίστει Ῥαὰβ ἡ πόρνη οὐ συναπόλωλε τοῖς ἀπειθήσασι, δεξαμένη τοὺς κατασκόπους μετ' εἰρήνης. Καὶ τί ἔτι λέγω, ἐπιλείψει γάρ με διηγούμενον χρόνος, περὶ Γεδεὼν, Βαράκ τε, καὶ Σαμψὼν, καὶ Ἰεφθάε, Δαβίδ τε, καὶ Σαμουὴλ, καὶ τῶν προφητῶν, »

Οὐκοῦν αἰσχρὸν, φησὶν, εἰ καὶ πόρνης ἀπιστότεροι φαίνεσθε.

« Οἱ διὰ πίστεως κατηγωνίσαντο βασιλείας. »

Οἱ περὶ τὸν Γεδεών. C

Τοῦτο γὰρ πίστις, ὅταν τὰ πράγματα πρὸς τὸ ἐναντίον ἐκβαίνει· καὶ τότε δεῖ πιστεύειν, ὅτι οὐδὲν ἐναντίον γέγονεν, ἀλλὰ πάντα ἀκόλουθα.

« Εἰργάσαντο δικαιοσύνην. »

Αὐτοὶ οὗτοι πάλιν· ἢ καὶ τὸν Δαβὶδ φησιν.

« Ἐπέτυχον ἐπαγγελιῶν. »

Διὰ τὴν εἰς τοὺς ἐγγόνους ἐκβᾶσαν εὐλογίαν· ἢ ἐπὶ τοῦ Δαβὶδ, διὰ τὴν τοῦ Σαλομῶντος βασιλείαν.

« Ἔφραξαν στόματα λεόντων. »

Ὡς Δανιήλ.

« Ἔσβεσαν δύναμιν πυρός. »

Ὡς οἱ τρεῖς παῖδες.

« Ἔφυγον στόματα μαχαίρας.

Ὡς οἱ Ἰσραηλῖται.

« Ἐνεδυναμώθησαν ἀπὸ ἀσθενείας, ἐγενήθησαν ἰσχυροὶ ἐν πολέμῳ. »

Ὁ κατὰ τὴν ἐπάνοδον λέγει τὴν ἐκ Βαβυλῶνος. Τίς γὰρ ἤλπισεν ἀπὸ τῆς αἰχμαλωσίας ἐπανήκειν αὐτούς; καὶ οὐκ ἐπανήκειν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἰσχυροὺς γενέσθαι, καὶ κλῖναι παρεμβολὰς ἀλλοτρίων;

« Παρεμβολὰς ἔκλιναν ἀλλοτρίων. »

Σαμψών.

« Ἔλαβον γυναῖκες ἐξ ἀναστάσεως τοὺς νεκροὺς αὐτῶν. »

Τὰ κατὰ προφήτας ἐνταῦθα λέγει, τὸν Ἠλίαν, τὸν Ἐλισσαῖον. Νεκροὺς γὰρ ἀνέστησαν.

Cum semper in corde Deum haberet, inquit, hæc lubens sustinuit.

Vers. 28. « Fide celebravit Pascha, et sanguinis effusionem, ne, qui vastabat primitiva, tangeret eos. »

Sermonem injicit de mysteriis : aitque Moysen, cum certo crederet vastatorem a se flectendum, servatumque iri genus suum, agnum idcirco mactasse.

Vers. 29, 30. « Fide transierunt mare Rubrum tanquam per aridam terram. »

Iterum universum populum proponit imitandum, ne dicerent : Penes nos non est sanctorum mores referre.

« Quod experti Ægyptii devorati sunt. Fide muri Jericho corruerunt circuitu dierum septem. » B

Comprobavit, inquit, aquam esse, illis subsidentibus et suffocatis ; quamvis alioqui, Deo ita jubente, muro solidior esset.

Vers. 31, 32. « Fide Rahab meretrix non periit cum incredulis, excipiens exploratores cum pace. Et quid adhuc dicam? Deficiet enim me tempus enarrantem de Gedeon, et Barac, et Samson, et Jephte, et David, et Samuel, et prophetis, »

Res ergo est digna pudore, inquit, si vos meretrice increduliores præbueritis.

Vers. 33. « Qui per fidem vicerunt regna. »

Gedeon scilicet et alii. C

Tunc quippe fides est, quando res contrarium exitum habere videntur ; tumque credere oportet nihil contrarii contingere, sed consentanea prorsus serie omnia fieri.

« Operati sunt justitiam. »

253 Illi ipsi iterum, vel saltem Davidem dicit.

« Adepti sunt repromissiones. »

Quatenus nempe nepotes ipsorum benedictionem consecuti sunt. Vel Davidem ait, qui Salomonem regni successorem habuit.

« Obduraverunt ora leonum. »

Velut Daniel.

Vers. 34. « Exstinxerunt impetum ignis. » D

Ut puta tres pueri.

« Effugerunt aciem gladii. »

Velut Israelitæ.

« Convaluerunt de infirmitate ; fortes facti sunt in bello. »

Hoc ait de regressu e Babylonia. Ecquis enim sperasset eos de captivitate reversuros? neque solum reversuros, sed et robustos et fortes fore, ita ut alienigenarum quoque castra funderent?

« Castra verterunt exterorum. »

Samson.

Vers. 35. « Acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos. »

Ea narrat quæ prophetis acciderunt, Eliæ scilicet, et Eliseo. Isti namque mortuos ad vitam revocaverunt.

« Alii distenti sunt, non suscipientes redemptionem, ut meliorem invenirent resurrectionem. [VERS. 36, 37.] Alii ludibria et verbera experti, insuper et vincula et carceres. Lapidati sunt. »

Stephanus.

« Secti sunt, tentati sunt, in occisione gladii mortui sunt. »

Eos ex prophetis dicit qui interempti fuerunt, Isaiam puta, qui serra lignea sectus fuit.

« Circuierunt in melotis, et pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti. »

Elias.

VERS. 38-40. « Quibus dignus non erat mundus. In solitudinibus errantes, in montibus, et speluncis, et cavernis terræ; et hi omnes testimonio fidei probati, non acceperunt repromissionem, Deo pro nobis melius aliquid providente, ut non sine nobis consummarentur. »

« Ἄλλοι δὲ ἐτυμπανίσθησαν, οὐ προσδεξάμενοι τὴν ἀπολύτρωσιν, ἵνα κρείττονος ἀναστάσεως τύχωσιν. Ἕτεροι δὲ ἐμπαιγμῶν καὶ μαστίγων πεῖραν ἔλαβον, ἔτι δὲ δεσμῶν καὶ φυλακῆς. Ἐλιθάσθησαν. »

Στέφανος.

« Ἐπρίσθησαν, ἐπειράσθησαν, ἐν φόνῳ μαχαίρας ἀπέθανον. »

Τοὺς ἀποθανόντας προφήτας, φησὶν, ὡς τὸν Ἡσαΐαν, ὅτι ἐν ξυλίνῳ ἐπρίσθη πρίονι.

« Περιῆλθον ἐν μηλωταῖς, ἐν αἰγείοις δέρμασιν, ὑστερούμενοι, θλιβόμενοι, κακουχούμενοι. »

Ἠλίας.

« Ὧν οὐκ ἦν ἄξιος ὁ κόσμος. Ἐν ἐρημίαις πλανώμενοι, καὶ ὄρεσι, καὶ σπηλαίοις, καὶ ταῖς ὀπαῖς τῆς γῆς· καὶ οὗτοι πάντες μαρτυρηθέντες διὰ τῆς πίστεως, οὐκ ἐκομίσαντο τὴν ἐπαγγελίαν, τοῦ Θεοῦ περὶ ἡμῶν κρεῖττόν τι προβλεψαμένου, ἵνα μὴ χωρὶς ἡμῶν τελειωθῶσι. »

CAP. XII.

ΚΕΦΑΛ. ΙΒ'.

VERS. 1. « Ideoque et nos tantam habentes impositam nubem »

Eliam, ejusque socios dicit. Quidnam igitur hic erant accepturi?

Mundum utique intelligere oportet eos qui sunt in mundo.

« Testium, deponentes omne pondus, »

Testes dicit, non modo qui sub novo testamento sunt, sed etiam qui sub veteri fuere. Nam et illi testimonium dederunt divinæ magnificentiæ.

« Et circumstans nos peccatum, per patientiam curramus ad propositum nobis certamen: [VERS. 2] aspicientes in auctorem fidei et consummatorem Jesum. »

Quod nos facile circumvenit, vel quod facile **254** circumveniri queat. Atque hoc potius. Dummodo enim velimus, facili negotio possumus peccato superiores fieri.

« Qui, proposito sibi gaudio, sustinuit crucem, confusione contempta, in dextera sedis Dei sedet. »

Hoc est, in potestate illius erat nihil pati, si voluisset. Ipse vero nihilominus pertulit crucem, cum nulla necessitate ad crucem adigeretur. Nam nostri causa affixus est cruci.

VERS. 3-10. « Recogitate enim eum qui talem sustinuit a peccatoribus adversum semetipsum contradictionem, ut ne fatigemini, animis vestris deficientes. Nondum enim usque ad sanguinem restitistis, adversus peccatum repugnantes, et obliti estis consolationis quæ vobis tanquam filiis loquitur, dicens: Fili mi, noli negligere disciplinam Domini, neque fatigeris, dum ab eo argueris. Quem enim diligit Dominus, castigat: flagellat autem omnem filium quem recipit. In disciplina perseverate: tanquam filiis vobis offert se Deus. Quis autem filius quem non corripit pater? Quod si extra disciplinam estis, cujus participes facti sunt

« Τοιγαροῦν καὶ ἡμεῖς τοσοῦτον ἔχοντες περικείμενον ἡμῖν νέφος, »

Τοὺς περὶ Ἠλίαν φησί. Τί τοίνυν ἤμελλον ἐνταῦθα ἀπολαμβάνειν;

Κόσμον γε μὴν ἐν τούτοις, τοὺς ἐν κόσμῳ νοεῖσθαι πρέπει.

« Μαρτύρων, ὄγκον ἀποθέμενοι πάντα, »

Μάρτυρας, οὐχὶ τοὺς ἐν τῇ Καινῇ λέγει μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐν τῇ Παλαιᾷ. Καὶ γὰρ καὶ αὐτοὶ ἐμαρτύρησαν τῇ τοῦ Θεοῦ μεγαλειότητι.

« Καὶ τὴν εὐπερίστατον ἁμαρτίαν, δι' ὑπομονῆς τρέχωμεν τὸν προκείμενον ἡμῖν ἀγῶνα, ἀφορῶντες εἰς τὸν τῆς πίστεως ἀρχηγὸν, καὶ τελειωτὴν Ἰησοῦν. »

Τὴν εὐκόλως περιισταμένην ἡμᾶς, ἢ τὴν εὐκόλως περίστασιν δυναμένην παθεῖν. Μᾶλλον δὲ τοῦτο. Ῥᾴδιον γὰρ ἐὰν θελήσωμεν, περιγενέσθαι τῆς ἁμαρτίας.

« Ὃς ἀντὶ τῆς προκειμένης αὐτῷ χαρᾶς ὑπέμεινε σταυρὸν, αἰσχύνης καταφρονήσας, ἐν δεξιᾷ τε τοῦ θρόνου τοῦ Θεοῦ κεκάθικεν. »

Τουτέστιν, ἐξὴν αὐτῷ μηδὲν παθεῖν, εἴπερ ἠβούλετο. Ὁ δὲ ἀντὶ τούτου σταυρὸν ὑπέμεινε, μηδεμίαν ἔχων ἀνάγκην τοῦ σταυρωθῆναι. Ἐσταυρώθη γὰρ ἡμῶν ἕνεκεν.

« Ἀναλογίσασθε γὰρ τὸν τοιαύτην ὑπομεμενηκότα ὑπὸ τῶν ἁμαρτωλῶν εἰς αὐτὸν ἀντιλογίαν, ἵνα μὴ κάμητε, ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν ἐκλυόμενοι. Οὔπω μέχρις αἵματος ἀντικατέστητε, πρὸς τὴν ἁμαρτίαν ἀνταγωνιζόμενοι· καὶ ἐκλέλησθε τῆς παρακλήσεως, ἥτις ὑμῖν ὡς υἱοῖς διαλέγεται· Υἱέ μου, μὴ ὀλιγώρει παιδείας Κυρίου, μηδὲ ἐκλύου ὑπ' αὐτοῦ ἐλεγχόμενος. Ὃν γὰρ ἀγαπᾷ Κύριος, παιδεύει, μαστιγοῖ δὲ πάντα υἱὸν ὃν παραδέχεται· εἰς παιδείαν ὑπομένετε· ὡς υἱοῖς ὑμῖν προσφέρεται ὁ Θεός. Τίς γάρ ἐστιν υἱὸς, ὃν οὐ παιδεύει πατήρ; Εἰ δὲ χωρίς ἐστε παιδείας, ἧς μέτοχοι γεγόνασι πάντες, ἄρα νόθοι ἐστὲ, καὶ οὐχ υἱοί. Εἶτα τοὺς μὲν τῆς σαρκὸς ἡμῶν πατέ-

ρα; εἴχομεν παιδευτὰς, καὶ ἐνετρεπόμεθα· οὐ πολλῷ μᾶλλον ὑποταγησόμεθα »

omnes; ergo adulteri, et non filii estis. Deinde patres quidem carnis nostræ eruditores habuimus, et reverebamur eos : non multo magis obtemperabimus »

Εἰ τὰ τῶν πλησίων πάθη οὐ διανίστησιν ἡμᾶς, φησὶν, ἀλλ' οὖν τὰ τοῦ Δεσπότου εἰς τοῦτο διεγείρει, εἰ; τὸ ἀθλεῖν ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ἡμῶν.

Quod si ea quæ propinqui nostri passi sunt, nequaquam nos erigunt, inquit, at saltem quæ Dominus sustinuit, ad hoc excitant ut pro nostris animabus depugnemus.

« Τῷ Πατρὶ τῶν πνευμάτων, καὶ ζήσομεν; οἱ μὲν γὰρ πρὸς ὀλίγας ἡμέρας κατὰ τὸ δοκοῦν αὐτοῖς ἐπαίδευον· ὁ δὲ ἐπὶ τὸ συμφέρον εἰς τὸ μεταλαβεῖν τῆς ἁγιότητος αὐτοῦ. Πᾶσα δὲ παιδεία πρὸς τὸ παρὸν οὐ δοκεῖ χαρᾶς εἶναι, ἀλλὰ λύπης· ὕστερον δὲ καρπὸν εἰρηνικὸν τοῖς δι' αὐτῆς »

« Patri spirituum, et vivemus? et illi quidem paucis diebus secundum voluntatem suam erudiebant nos; hic autem ad id quod utile est, in participando sanctificationem ejus. [Vers. 11.] Omnis autem disciplina in præsenti quidem videtur non esse gaudii, sed mœroris : postea autem fructum pacatissimum iis qui per eam »

Ἢ τῶν χαρισμάτων φησὶν, ἢ τῶν εὐχῶν, ἢ τῶν δυνάμεων.

Vel donorum ait, seu gratiarum, vel precationum, vel virtutum.

« Γεγυμνασμένοις ἀποδίδωσι δικαιοσύνης. Διὸ τὰς παρειμένας χεῖρας, καὶ τὰ παραλελυμένα γόνατα ἐπανορθώσατε, καὶ τροχιὰς ὀρθὰς ποιήσατε τοῖς ποσὶν ὑμῶν, ἵνα μὴ τὸ χωλὸν ἐκτραπῇ, ἰαθῇ δὲ μᾶλλον. Εἰρήνην διώκετε μετὰ πάντων, καὶ τὸν ἁγιασμὸν, οὗ χωρὶς οὐδεὶς ὄψεται τὸν Κύριον. Ἐπισκοποῦντες μή τις ὑστερῶν ἀπὸ τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ. »

« Exercitati sunt, reddit justitiæ. [Vers. 12-15.] Propter quod remissas manus et soluta genua erigite, et gressus rectos facite pedibus vestris, ut non claudicans quis erret, magis autem sanetur. Pacem sequimini cum omnibus, et sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum. Contemplantes ne quis desit gratiæ Dei. »

Ἀντὶ τοῦ, τοῖς ἀνασχομένοις ἐπὶ πολὺ, καὶ καρτερήσασι· καὶ εὐφήμῳ ὀνόματι κέχρηται. Ἄρα γυμνασία ἐστὶν ἡ παιδεία, τὸν ἀθλητὴν ἰσχυρὸν ἐργαζομένη, καὶ ἀκαταγώνιστον ἐν τοῖς ἀγῶσιν, ἄμαχον ἐν τοῖς πολέμοις.

Pro eodem ac si diceret, qui diu sustinuerunt et perseveraverunt : ubi voce bene sonante utitur. Enimvero exercitatio disciplina est, quæ athletam robustum reddit, et insuperabilem in certaminibus, ac in prœliis inexpugnabilem.

« Μή τις ῥίζα πικρίας ἄνω φύουσα ἐνοχλῇ, καὶ διὰ ταύτης μιανθῶσι πολλοί. »

« Ne qua radix amaritudinis sursum germinans impediat, et per illam inquinentur multi. »

Κἂν ᾖ τις ῥίζα τοιαύτη γέγονε, φησὶ, μηδεμίαν βλάστην ἄφες ἀναβῆναι, ἀλλ' ἔκκοψον, ἵνα μὴ φέρῃ καρπούς.

Etsi, inquit, ejusmodi radix exsistit, ne permittas ullum germen exsurgere; sed amputa statim, ne fructus proferat.

« Μή τις πόρνος, ἢ βέβηλος, ὡς Ἡσαῦ, ὃς ἀντὶ βρώσεως μιᾶς ἀπέδοτο τὰ πρωτοτόκια αὐτοῦ. »

Vers. 16. « Ne quis fornicator, aut profanus, ut Esau, qui propter unam escam vendidit primitiva sua. »

Εἰς τοῦτο στίξαι δεῖ (11), ἵνα ᾖ τελεία διάνοια, καὶ τὸ ἐπιφερόμενον, ἢ *βέβηλος, ὡς Ἡσαῦ*. Βέβηλος δὲ, γαστρίμαργος καὶ ἀκρατής.

Hic oportet interpungere, ut sit **255** perfectus sensus, atque subjungitur, *aut profanus, ut Esau*. Atqui profanus fuit, quia gulosus et intemperans.

« Ἴστε γὰρ ὅτι καὶ μετέπειτα θέλων κληρονομῆσαι τὴν εὐλογίαν, ἀπεδοκιμάσθη. Μετανοίας γὰρ τόπον οὐχ εὗρεν, καίπερ μετὰ δακρύων ἐκζητήσας αὐτήν. »

Vers. 17. « Scitote enim quoniam et postea cupiens hæreditare benedictionem, reprobatus est. Non enim invenit pœnitentiæ locum, quanquam cum lacrymis inquisisset eam. »

Δι' ὑπερβατοῦ ἐνταῦθα ὁ νοῦς. Τῷ τοίνυν *θέλων κληρονομῆσαι τὴν ἐπαγγελίαν*, σύναψον τὸ, *μετὰ δακρύων αὐτὴν ἐκζητήσας*, ἵνα ᾖ διάνοια ἡ αὐτη. Βουληθεὶς κληρονομῆσαι καὶ αὐτὸς ἐπαγγελίαν, φησὶ, καὶ μετὰ δακρύων αὐτὴν ταύτην ἐπαγγελίαν

Hoc in loco hyperbato utitur. Huic itaque membro, *cupiens hæreditare benedictionem*, illud junge, *cum lacrymis inquirens eam*; ut hic sit sensus : Cum et ipse hæreditate obtinere repromissionem cuperet, eamdemque promissionem cum lacrymis

NOTÆ.

(11) *Εἰς τοῦτο στίξαι δεῖ.* Hic locus nonnihil habet obscuritatis, textu, ni fallor, oscitantia librarii vitiato. Quapropter Chrysostomi interpretationem juvat hic subjicere : Καὶ ποῦ πόρνος ἦν ὁ Ἡσαῦ; οὐ τοῦτο ἐνταῦθά φησιν, ὅτι πόρνος ἦν ὁ Ἡσαῦ, ἀλλὰ πρὸς ἀντιδιαστολὴν κεῖται τοῦ, *Τὸν ἁγιασμὸν διώκετε*. Τὸ δὲ, βέβηλος, ὡς πρὸς ἐκεῖνον εἴρηται· « Ubinam enim Esau fuisse scortator fertur? Non hoc ait, Esau fornicatorem fuisse, sed vocem hanc per oppositionem adhibuit propter hæc alia verba : *Sequimini sanctimoniam*. Cæterum quod, profanus, additur, ad illud spectat : nullus ergo profanus sicut Esau, » etc.

postularet, reprobatus fuit, *quia non invenit locum pœnitentiæ*. Non pœnituit illum, inquit. Quomodo enim, qui dicebat : *Appropinquabunt dies luctus patris mei, et occidam Jacob fratrem meum* [11] ?

A ἐκζητήσας, ἀπεδοκιμάσθη, *ὅτι μετανοίας οὐχ ηὗρε τόπον*. Οὐ γὰρ μετενόησε, φησί. Πῶς γὰρ, ὃς ἔλεγεν, *Ἐγγίσουσιν αἱ ἡμέραι τοῦ πένθους τοῦ πατρός μου, καὶ ἀποκτενῶ Ἰακὼβ τὸν ἀδελφόν μου;*

Vers. 18. « Non enim accessistis ad tractabilem montem, et accensibilem ignem, turbinem, et caliginem, et procellam. »

« Οὐ γὰρ προσελήλύθατε ψηλαφωμένῳ ὄρει, καὶ κεκαυμένῳ πυρὶ, καὶ γνόφῳ, καὶ σκότῳ, καὶ θυέλλῃ. »

Multis jam in locis novum testamentum cum vetere contulit, ostenditque hoc illo longe præcellentius esse. Hic quoque per transennam utrumque comparat, et pro Moyse Jesum ponit, et pro populo multa angelorum millia, et pro monte cœlum.

Ἐν πολλοῖς ἤδη συγκρίνας τὴν Νέαν τῇ Παλαιᾷ, καὶ δείξας ταύτην ἐκείνης πολὺ κρείττονα, πάλιν καὶ ἐνταῦθα κατ' ἐπιδρομὴν συγκρίνει, ἀντὶ Μωϋσέως τιθεὶς Ἰησοῦν, καὶ ἀντὶ λαοῦ μυριάδας ἀγγέλων, καὶ ἀντὶ ὄρους τὸν οὐρανόν.

Vers. 19-25. « Et tubæ sonum, et vocem verborum, quam qui audierunt, excusaverunt se, ne fieret eis verbum. Non enim portabant quod præcipiebatur : et si bestia tetigerit mortem, lapidabitur. Et ita terribile erat quod videbatur : Moyses dixit : Exterritus sum et tremebundus. Sed accessistis ad Sion montem, et civitatem Dei viventis, Jerusalem cœlestem et multorum millium angelorum frequentiam, et Ecclesiam primitivorum, qui conscripti sunt in cœlis, et judicem omnium Deum, et spiritibus justorum perfectorum, et testamenti novi mediatorem Jesum, et sanguinis aspersionem melius loquentem quam Abel. Videte ne recusetis loquentem. »

B « Καὶ σάλπιγγος ἦχῳ, καὶ φωνῇ ῥημάτων, ἧς οἱ ἀκούσαντες παρῃτήσαντο, μὴ προστεθῆναι αὐτοῖς λόγον. Οὐκ ἔφερον γὰρ τὸ διαστελλόμενον· κἂν θηρίον θίγῃ τοῦ ὄρους, λιθοβοληθήσεται. Καὶ οὕτω φοβερὸν ἦν τὸ φανταζόμενον· Μωϋσῆς εἶπεν, Ἔκφοβός εἰμι καὶ ἔντρομος. Ἀλλὰ προσεληλύθατε Σιὼν ὄρει, καὶ πόλει Θεοῦ ζῶντος, Ἰερουσαλὴμ ἐπουρανίῳ, καὶ μυριάσιν ἀγγέλων πανηγύρει, καὶ Ἐκκλησίᾳ πρωτοτόκων ἐν οὐρανοῖς ἀπογεγραμμένων, καὶ κριτῇ Θεῷ πάντων, καὶ πνεύμασι δικαίων τετελειωμένων, καὶ διαθήκης νέας μεσίτῃ Ἰησοῦ, καὶ αἵματι ῥαντισμοῦ, κρεῖττον λαλοῦντι παρὰ τὸν Ἄβελ. Βλέπετε μὴ παραιτήσησθε τὸν λαλοῦντα. »

Velut adveniente rege aliquo.

Ὡς ἂν ἐπὶ βασιλέως τινὸς παρόντος.

Quænam vero primitiva dicit, nisi fidelium?

C Τίνων δὲ, φησὶ, πρωτοτόκων, ἀλλ' ἢ τῶν πιστῶν;

« Si enim illi non effugerunt, recusantes eum qui super terram loquebatur, multo magis nos, qui de cœlis loquentem nobis avertimus. »

« Εἰ γὰρ ἐκεῖνοι οὐκ ἔφυγον, τὸν ἐπὶ τῆς γῆς παραιτησάμενοι χρηματίζοντα, πολλῷ μᾶλλον ἡμεῖς, οἱ τὸν ἀπ' οὐρανῶν ἀποστρεφόμενοι. »

Moysem innuit. Atque hic sensus est : Si illi qui respuerunt illum a quo terrena promittebantur, non effugerunt (Moysem citat, quia hæc omnia figuræ erant, puta agri, possessiones, et terra Chananæorum), quanto graviores pœnas dabunt, qui aspernati illum fuerint, qui cœlestia pollicitus est!

Μωϋσέα λέγει· ὁ δὲ νοῦς οὗτος· Εἰ τὸν τὰ ἐπίγεια ἐπαγγελλόμενον παραιτησάμενοι οὐκ ἐξέφυγον (λέγει δὲ τὸν Μωϋσέα, ὅτι τυπικὰ πάντα ἦν ἐκεῖνα, οἷον ἀγροὶ καὶ κτήματα, καὶ γῆ Χαναναίων), πόσῳ μᾶλλον οἱ τὸν τὰ οὐράνια ἐπαγγελλόμενον παραιτησάμενοι, κολασθήσονται!

Vers. 26. « Cujus vox movit terram tunc; nunc autem repromisit dicens : Adhuc semel, et ego movebo, »

« Οὗ ἡ φωνὴ τὴν γῆν ἐσάλευσε τότε, νῦν δὲ ἐπήγγελται, λέγων· Ἔτι ἅπαξ, ἐγὼ σείω, »

Id est, legislatio, quæ in monte Sina contigit, D percelluit aures, nec non liberatio ex Ægypto. Nam Scriptura dicit : *Deus, cum egredereris coram populo tuo, cum pertransires in deserto, terra mota est.* [12],

Τουτέστιν καὶ ἡ κατὰ τὸ ὄρος Σινᾶ νομοθεσία ἐξάκουστος γέγονε, καὶ ἡ λύτρωσις, ἡ ἐξ Αἰγύπτου. *Ὁ Θεὸς γὰρ, φησὶν, ἐν τοῦ ἐκπορεύεσθαί σε ἐναντίον τοῦ λαοῦ σου, ἐν τῷ διαβαίνειν σε τὴν ἔρημον, τῇ ἐσείσθη.*

Hoc est, vox per universam terram, quæ sub cœlo est, personans.

Τουτέστιν, ἡ εἰς ἅπασαν ἠχοῦσα τὴν ὑπ' οὐρανόν.

« Non solum terram, sed et cœlum. [Vers. 27.] Quod autem semel, dicit, declarat, »

« Οὐ μόνον τὴν γῆν, ἀλλὰ καὶ τὸν οὐρανόν· τὸ δὲ, ἅπαξ, δηλοῖ, »

256 Hoc dicit, qua novi testamenti traditio pacificavit, tum quæ in cœlis, tum quæ in terra sunt; et quia innotuit *potestatibus et principatibus per Ecclesiam multiformis sapientia Dei* [13].

Τοῦτο λέγει, ὅτι ἡ τῆς καινῆς διαθήκης παράδοσις εἰρηνοποίησε τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ τὰ ἐπὶ γῆς, καὶ ὅτι ἐγνωρίσθη διὰ τῆς Ἐκκλησίας *ταῖς ἀρχαῖς καὶ ταῖς ἐξουσίαις ἡ πολυποίκιλος σοφία τοῦ Θεοῦ.*

[11] Gen. XXVII, 41. [12] Psal. LXVII, 8. [13] Coloss. I, 20.

« Τῶν σαλευομένων τὴν μετάθεσιν, ὡς πεποιημένων, ἵνα μείνῃ τὰ μὴ σαλευόμενα· διὸ βασιλείαν ἀσάλευτον παραλαμβάνοντες, »

Τοῦτό φησιν, ὅτι μετατέθεικεν τὸν νόμον εἰς πολιτείαν πνευματικήν.

« Ἔχομεν χάριν, δι' ης λατρεύομεν εὐαρέστως τῷ Θεῷ μετὰ αἰδοῦς καὶ εὐλαβείας. Καὶ γὰρ ὁ Θεὸς ἡμῶν πῦρ καταναλίσκον. »

ΚΕΦΑΛ. ΙΓ'.

« Ἡ φιλαδελφία μενέτω. »

Εὐχαρίστως, φησὶ, λατρεύωμεν, μὴ μετὰ γογγυσμῶν, μηδὲ ἀποκακοῦντες ἐν ταῖς θλίψεσιν.

« Τῆς φιλοξενίας μὴ ἐπιλανθάνεσθε· διὰ ταύτης γὰρ »

Οὐκ εἶπε, ξενοδοχίας, ἀλλὰ *φιλοξενίας*· τουτέστιν, Μὴ ἁπλῶς ξενοδοχεῖτε, ἀλλὰ μετὰ τοῦ φιλεῖν τοὺς ξένους.

« Ἐλαθόν τινες ξενίσαντες ἀγγέλους. Μιμνήσκεσθε τῶν δεσμίων, ὡς συνδεδεμένοι, τῶν κακουχουμένων, ὡς καὶ αὐτοὶ ὄντες ἐν σώματι. »

Διὰ γὰρ τοῦτο ὁ μισθὸς τῷ Ἀβραὰμ δέδοται μέγας, ὅτι μὴ εἰδὼς ἀγγέλους αὐτοὺς ὄντας ἐξένισεν. Ἐπειδὴ εἰ ἤδει, οὐδὲν θαυμαστόν. Ἀποτείνεται δὲ καὶ εἰς τὸν Λώτ.

Τίμιος ὁ γάμος ἐν πᾶσι, καὶ ἡ κοίτη ἀμίαντος. Πόρνους δὲ καὶ μοιχοὺς κρινεῖ ὁ Θεός. Ἀφιλάργυρος ὁ τρόπος, ἀρκούμενοι τοῖς παροῦσιν· αὐτὸς γὰρ εἴρηκεν· Οὐ μή σε ἀνῶ, οὐδ' οὐ μή σε ἐγκαταλίπω· ὥστε θαῤῥοῦντας ἡμᾶς λέγειν, Κύριος ἐμοὶ βοηθὸς, καὶ οὐ φοβηθήσομαι, τί ποιήσει μοι ἄνθρωπος. Μνημονεύετε τῶν ἡγουμένων ὑμῶν, οἵτινες ἐλάλησαν ὑμῖν τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ.

Γενέσθω, φησὶ, τίμιος, καὶ μὴ μολυνέσθω τῇ πρὸς ἑτέραν κοινωνίᾳ.

« Ὧν ἀναθεωροῦντες τὴν ἔκβασιν ἀναστροφῆς, μιμεῖσθε τὴν πίστιν. Ἰησοῦς Χριστὸς χθὲς, καὶ σήμερον ὁ αὐτὸς, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας. Διδαχαῖς ποικίλαις καὶ ξέναις μὴ παραφέρεσθε. Καλὸν γὰρ »

Θεωροῦντες αὐτῶν τὸν βίον, καὶ τὴν πολιτείαν, φησὶ, μιμεῖσθε τὴν πίστιν. Τί ἐστι ἀναθεωροῦντες; συνεχῶς στρέφοντες ἐν ἑαυτοῖς, ἐξετάζοντες, λογιζόμενοι, ἀναζητοῦντες, ἀκριβῶς βασανίζοντες, ὅτι τέλος χρηστὸν αὐτῶν ἔχει ἡ ἀναστροφή.

« Χάριτι βεβαιοῦσθαι τὴν καρδίαν, »

Ἀντὶ τοῦ πίστει.

« Οὐ βρώμασιν, ἐν οἷς οὐκ ὠφελήθησαν οἱ περιπατήσαντες. Ἔχομεν θυσιαστήριον, ἐξ οὗ φαγεῖν οὐκ ἔχουσιν οἱ τῇ σκηνῇ λατρεύοντες. Ὧν γὰρ εἰσφέρεται ζώων τὸ αἷμα περὶ ἁμαρτίας εἰς τὰ ἅγια διὰ τοῦ ἀρχιερέως, τούτων τὰ σώματα κατακαίεται ἔξω τῆς παρεμβολῆς. Διὸ καὶ Ἰησοῦς, ἵνα ἁγιάσῃ διὰ τοῦ ἰδίου αἵματος τὸν λαὸν, »

Ἡρέμα αἰνίττεται τοὺς τὴν παραίτησιν τῶν βρωμάτων εἰσάγοντας.

« Ἔξω τῆς πύλης ἔπαθεν. Τοίνυν ἐξερχώμεθα πρὸς αὐτὸν ἔξω τῆς παρεμβολῆς, τὸν ὀνειδισμὸν αὐτοῦ

« Mobilium translationem, tanquam factorum, ut maneant ea quæ sunt immobilia. [Vers. 28, 29.] Itaque regnum immobile suscipientes, »

Ita loquitur, eo quod transmutaverit legem in spiritualem agendi rationem.

« Habemus gratiam, per quam servimus placentes Deo cum metu et reverentia. Nam Deus noster ignis consumens est. »

CAP. XIII.

Vers. 1. « Charitas fraternitatis maneat. »

Grato animo serviamus, inquit, non murmurando, nec deficiendo in afflictionibus.

Vers. 2. « Hospitalitatem nolite oblivisci. Per hanc enim, »

Non dixit, susceptionem peregrinorum, sed, *propensam hospitalitatem*: hoc est, non simpliciter excipite peregrinos, sed cum dilectione et charitate.

« Latuerunt quidam, angelis hospitio receptis. [Vers. 3.] Mementote vinctorum, tanquam simul vincti; laborantium, tanquam et ipsi in corpore morantes. »

Ideirco magna merces data est Abraham, quia quos nesciebat angelos esse, hos excepit hospitio. Nam si rescisset, nihil admiratione dignum foret. Hoc etiam ad Lot spectat.

Vers. 4-7. « Honorabile connubium in omnibus, et torus immaculatus. Fornicatores enim et adulteros judicabit Deus. Sint mores sine avaritia, contenti præsentibus; ipse enim dixit: Non te deseram, neque derelinquam; ita ut confidenter dicamus: Dominus mihi adjutor: non timebo quid faciat mihi homo. Mementote præpositorum vestrorum, qui vobis locuti sunt verbum Dei. »

Per omnia sit cum decore et honore, nec inquinetur consortio cum extranea.

« Quorum considerantes exitum conversationis, imitamini fidem. [Vers. 8, 9.] Jesus Christus heri, et hodie ipse, et in sæcula. Doctrinis variis et peregrinis nolite abduci. Optimum est enim »

Considerantes, inquit, vitam eorum et conversationem, imitamini fidem. Quid considerantes? indesinenter in vobis versantes, investigantes, reputantes, inquirentes, diligenter expendentes, quoniam eorum conversatio faustum finem habet.

« Gratia stabilire cor, »

Sive fide.

« Non escis, quæ non profuerunt ambulantibus in eis. [Vers. 10-12.] Habemus altare, de quo edere non habent potestatem qui tabernaculo deserviunt. Quorum enim animalium infertur sanguis pro peccato in Sancta sanctorum per pontificem, horum corpora cremantur extra castra. Propter quod et Jesus, ut sanctificaret per suum sanguinem populum, »

Illos tacite innuit qui ciborum exclusionem introducebant.

257 « Extra portam passus est. [Vers. 13-16.] Exeamus igitur ad eum extra castra, improperium

ejus portantes. Non enim habemus hic manentem civitatem, sed futuram inquirimus. Per ipsum ergo offerimus hostiam laudis semper Deo, hoc est fructum »

Id est, quandoquidem hæc patimur, communicemus passioni Christi.

« Labiorum confitentium nomini ejus. Beneficentiæ autem et communionis nolite oblivisci : talibus enim hostiis promeretur Deus. »

Gratiarum actionem Eucharistiamve offerendam dicit, et cuncta fortiter toleranda, etsi molesta videntur. Hoc pacto enim Deo proximi evadimus, quin et debitorem habemus Deum. Quando autem non, uti decet, patimur, Deo efficimur obnoxii et debitores ; sed et frequenter id nobis in judicium vertitur : quinimo dolores et molestiæ sunt pœnæ peccatorum.

Vers. 17-24. « Obedite præpositis vestris, et subjacete. Ipsi enim pervigilant, quasi rationem pro animabus vestris reddituri, ut cum gaudio hoc faciant, et non gementes : hoc enim non expedit vobis. Orate pro nobis. Confidimus enim quia bonam conscientiam habemus in omnibus bene volentes conversari. Amplius autem deprecor vos hoc facere, quo celerius restituar vobis. Deus autem pacis, qui eduxit de mortuis pastorem magnum ovium, in sanguine testamenti æterni, Dominum nostrum Jesum, aptet vos in omni opere bono, ut faciatis ejus voluntatem : faciens in vobis quod placeat coram se per Jesum Christum, cui est gloria in sæcula sæculorum. Amen. Rogo autem vos, fratres, ut sufferatis verbum solatii. Etenim perpaucis scripsi vobis. Cognoscite fratrem nostrum Timotheum. »

Quid ergo ait? nunquid, si malus est, obedire debemus? Iquomodo malum dixeris? Si quidem malus sit in causa fidei, fuge illum et devita, non solum si homo sit, sed et si de cœlo angelus descenderit. Sin vero in vitæ ratione, ne id curiosius inquiras. Nam audi quid Christus dicat : *Super cathedram Moysi sederunt Scribæ et Pharisæi* [14]. Cum multa illorum mala ante commemorasset, tunc ait, *Super cathedram Moysi sederunt. Omnia ergo quæcunque dixerint vobis ut faciatis, facite : secundum autem opera eorum nolite facere* [15]. Habent auctoritatem, inquit, sed vitam agunt impuram. Verum non vitæ, sed dictis animum adjicite. Nemo quippe ex eorum moribus detrimentum acceperit. Eccur vero? quoniam et manifesti sunt omnibus, et quamvis ille millies improbus sit, mala hæc nunquam docebit. De fide autem, non sic apud omnes constat, ubi malus ille docendi munus non detrectat. Quoniam et illud effatum, *Nolite judicare, ut non judicemini* [16], de vita, non de fide pronuntiatum est. Id quod sermonis series perspicuum facit. *Quid vides*, inquit, *festucam in oculo fratris tui, trabem autem*

A φέροντες. Οὐ γὰρ ἔχομεν ὧδε μένουσαν πόλιν, ἀλλὰ τὴν μέλλουσαν ἐπιζητοῦμεν. Δι' αὐτοῦ οὖν ἀναφέρομεν θυσίαν αἰνέσεως διὰ παντὸς τῷ Θεῷ, τουτέστι καρπὸν »,

Τουτέστι, τὰ αὐτὰ πάσχοντες κοινωνήσωμεν τοῖς παθήμασι τοῦ Χριστοῦ.

« Χειλέων ὁμολογούντων τῷ ὀνόματι αὐτοῦ. Τῆς δὲ εὐποιίας καὶ κοινωνίας μὴ ἐπιλανθάνεσθε· τοιαύταις γὰρ θυσίαις εὐαρεστεῖται ὁ Θεός. »

Τὸ τὴν εὐχαριστίαν ἀναφέρειν λέγει, καὶ γενναίως ἅπαντα φέρειν, καὶ τὰ δοκοῦντα λυπηρά. Τοῦτο ἐγγὺς ἡμᾶς εἶναι ποιεῖ Θεοῦ· τότε καὶ τὸν Θεὸν ὀφειλέτην ἔχομεν. Ὅταν δὲ οὐ καλῶς πάθωμεν, ἡμεῖς ἐσμεν ὀφειλέται καὶ ὑπεύθυνοι τοῦ Θεοῦ, καὶ πολλάκις ἡμῶν ταῦτα εἰς κρῖμα γίνεται· ἐκεῖνα δὲ εἰς ἔκτισιν ἁμαρτημάτων.

« Πείθεσθε τοῖς ἡγουμένοις ὑμῶν, καὶ ὑπείκετε. Αὐτοὶ γὰρ ἀγρυπνοῦσιν ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ὑμῶν, ὡς λόγον ἀποδώσοντες, ἵνα μετὰ χαρᾶς τοῦτο ποιῶσι, καὶ μὴ στενάζοντες· ἀλυσιτελὲς γὰρ ὑμῖν τοῦτο. Προσεύχεσθε περὶ ἡμῶν. Πεποίθαμεν γὰρ, ὅτι καλὴν συνείδησιν ἔχομεν ἐν πᾶσιν, καλῶς θέλοντες ἀναστρέφεσθαι. Περισσοτέρως δὲ παρακαλῶ τοῦτο ποιῆσαι, ἵνα τάχιον ἀποκατασταθῶ ὑμῖν. Ὁ δὲ Θεὸς τῆς εἰρήνης, ὁ ἀναγαγὼν ἐκ νεκρῶν τὸν ποιμένα τῶν προβάτων τὸν μέγαν, ἐν αἵματι διαθήκης αἰωνίου, τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν, καταρτίσαι ὑμᾶς ἐν παντὶ ἔργῳ ἀγαθῷ, εἰς τὸ ποιῆσαι τὸ θέλημα αὐτοῦ, ποιῶν ἐν ὑμῖν τὸ εὐάρεστον ἐνώπιον αὐτοῦ, διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. Παρακαλῶ δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοὶ, ἀνέχεσθε τοῦ λόγου τῆς παρακλήσεως. Καὶ γὰρ διὰ βραχέων ἐπέστειλα ὑμῖν. Γινώσκετε τὸν ἀδελφὸν Τιμόθεον. »

Τί οὖν φησιν; ἂν πονηρὸς ᾖ, πειθώμεθα; πονηρὸς πῶς λέγεις; εἰ μὲν πίστεως ἕνεκεν, φύγε αὐτὸν, καὶ παραίτησαι, μὴ μόνον ἂν ἄνθρωπος ᾖ, ἀλλὰ κἂν ἄγγελος ἐξ οὐρανοῦ κατιών. Εἰ δὲ βίου ἕνεκεν, μὴ περιεργάζου. Ἄκουε γὰρ τοῦ Χριστοῦ λέγοντος, *Ἐπὶ τῆς Μωϋσέως καθέδρας ἐκάθισαν οἱ Γραμματεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι.* Πρότερον εἰπὼν περὶ αὐτῶν δεινὰ πολλὰ, τότε φησὶν, *Ἐπὶ τῆς Μωϋσέως καθέδρας ἐκάθισαν. Πάντα οὖν ὅσα λέγωσιν ὑμῖν ποιεῖν, ποιεῖτε· κατὰ δὲ τὰ ἔργα αὐτῶν μὴ ποιεῖτε.* Ἔχουσι, φησὶ, τὸ ἀξίωμα, ἀλλὰ βίου εἰσὶν ἀκαθάρτου. Ἀλλὰ μὴ τῷ βίῳ, ἀλλὰ τοῖς λόγοις προσέχετε. Τῶν μὲν γὰρ ἠθῶν ἕνεκεν οὐδεὶς ἂν βλαβείη. Τί δήποτε; ὅτι καὶ δῆλα πᾶσίν ἐστιν, καὶ οὐδὲ αὐτὸς, κἂν μυριάκις ᾖ πονηρὸς, πονηρὰ διδάξει ποτέ. Πίστεως δὲ ἕνεκεν, οὔτε δῆλόν ἐστι πᾶσιν, ὅτε πονηρὸς οὐ παραιτήσεται διδάσκειν. Ἐπεὶ καὶ τὸ, *Μὴ κρίνετε, ἵνα μὴ κριθῆτε*, περὶ βίου ἐστὶν, οὐ περὶ πίστεως. Τὸ γοῦν ἐπαγόμενον, τοῦτο δηλοῖ. *Τί βλέπεις*, φησὶν, *τὸ κάρφος τὸ ἐν τῷ ὀφθαλμῷ τοῦ ἀδελφοῦ σου, τὴν δὲ δοκὸν τὴν ἐν τῷ σῷ ὀφθαλμῷ οὐ κατανοεῖς; Πάντα οὖν ὅσα ἂν λέγωσιν ὑμῖν, ποιεῖτε, κατὰ δὲ τὰ ἔργα αὐτῶν μὴ*

[14] Matth. xxiii, 2. [15] ibid. 3. [16] Matth. vii, 1.

ποιεῖτε. Ὁρᾷς ὅτι οὐ περὶ δογμάτων ἐστὶν, ἀλλὰ περὶ βίου καὶ ἔργων. Ἀλλὰ ὁ Παῦλος πρότερον συνέστησεν αὐτοὺς, καὶ τότε φησὶν, *Πείθεσθε τοῖς ἡγουμένοις ὑμῶν, καὶ ὑπείκετε.*

A *in oculo tuo non vides* [17]? *Omnia ergo quæcunque dixerint vobis, facite : secundum autem opera eorum nolite facere* [18]. Vides igitur, non de doctrina, sed de vitæ ratione et operibus sermonem esse. Paulus itaque, **258** cum primum eos commendaverit, tunc dicit : *Obedite præpositis vestris, et subjacete.*

« Ἀπολελυμένον· μεθ' οὗ, ἐὰν τάχιον ἔρχηται, ὄψομαι ὑμᾶς. Ἀσπάσασθε πάντας τοὺς ἡγουμένους ὑμῶν, καὶ πάντας τοὺς ἁγίους. Ἀσπάζονται ὑμᾶς οἱ ἀπὸ τῆς Ἰταλίας. »

« Dimissum, cum quo (si celerius venerit) videbo vos. Salutate omnes præpositos vestros, et omnes sanctos. Salutant vos qui sunt de Italia. »

Ἀπολελυμένον. Πόθεν; Οἶμαι αὐτὸν εἰς δεσμωτήριον ἐμβεβλῆσθαι· ἢ εἰ μὴ τοῦτο, ἀπὸ Ἀθηνῶν ἀπολελυμένον. Καὶ γὰρ καὶ τοῦτο ἐν ταῖς Πράξεσι κεῖται.

Dimissum. Unde reor illum in carcerem conjectum fuisse; sin vero, dimissum Athenis. Nam et hoc quoque in Actibus apostolorum habetur.

« Ἡ χάρις μετὰ πάντων ὑμῶν. Ἀμήν. »

Ver. 25. « Gratia cum omnibus vobis. Amen. »

Ἡ χάρις πῶς γίνεται μεθ' ἡμῶν; ἐὰν μὴ ὑβρίσωμεν εἰς τὴν εὐεργεσίαν.

Quonam modo gratia pobiscum erit, si beneficentiæ Dei nequaquam injurii erimus?

Πρὸς Ἑβραίους ἐγράφη ἀπὸ τῆς Ἰταλίας διὰ Τιμοθέου. Στίχων. ψγ'.

Epistola ad Hebræos ex Italia scripta est per Timotheum. Versibus 703.

B

(Τὴν πρὸς Ἑβραίους Ἐπιστολὴν ἱστορεῖ Κλήμης, οὗ μέμνηται Παῦλος, ὃς καὶ ἐπίσκοπος Ῥωμαίων ἐγένετο· ὡς Παύλου αὐτὴν Ἑβραίοις τῇ Ἑβραΐδι διαλέκτῳ συντάξαντος ἡρμηνεύθη, ὥς τινες, ὑπὸ Λουκᾶ τοῦ εὐαγγελιστοῦ· ὡς δὲ ἄλλοι, ὑπὸ αὐτοῦ τοῦ Κλήμεντος.)

(Epistolam ad Hebræos edisserit Clemens, cujus meminit Paulus, quique Romanorum episcopus fuit : ut nempe cum Apostolus eam Hebraico idiomate scripsisset, in Græcum translata sit, ut quidem nonnullis placet, a Luca evangelista ; ut aliis vero, ab eodem Clemente.)

[17] Matth. VII, 4. [18] Matth. XXIII, 3.

ΕΙΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΝ ΠΡΟΣ ΤΙΜΟΘΕΟΝ Α.

IN EPISTOLAM PRIMAM AD TIMOTHEUM.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ.

« Παῦλος ἀπόστολος Χριστοῦ Ἰησοῦ κατ' ἐπιταγὴν Θεοῦ Πατρὸς (12) ὑμῶν καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ τῆς ἐλπίδος ἡμῶν, Τιμοθέῳ γνησίῳ τέκνῳ ἐν πίστει. »

C

